








CATALOGUS
BIBLIOGRAPHICUS
LIBRORUM
IN
BIBLIOTHECA
CAES. REG. ET EQUESTRIS ACADEMIAE THERESIANAE
EXTANTIUM
CUM
ACCESSIONIBUS ORIGINUM
TYPOGRAPHICARUM VINDOBONENSIUM
ET
DUOBUS SUPPLEMENTIS
NEC NON
INDICE TRIPLICI
SYSTEMATICO, BIBLIOGRAPHICO ET TYPOGRAPHICO.



ÆDES INSTITUTIONI NOBILIS JUVENTUTIS DICATÆ, QUAS D.M. THERESIA PRIMUM CONDIDIT MDCCXLVI. IMP. CÆSAR FRANCISCUS II. AUG. RESTITUIT MDCCXCVII.

Hier. Benedicti sculp.

(*Exemplar X quartum*)



VIENNAE, TYPIS VIDUAE ALBERTI.
MDCCCI.

COMITI DE SAURAU

CAES. REG.

ACADEMIAE THERESIANAE

CURATORI

DICATUS.



COMITE DE SAURAU C.R. ACAD. NOB. THERES. CURATORE ET PRÆPOSITO
HOFSTÆTTER DIRECTORE INSTRUCTA ADORNATA. MDCCC.

Hieron. Benedicti sculp.

PRAEFATIO.

Forma *Caeſ. Reg. Academiae Thereſianae* in integrum reſtituta in locum celebris illius Bibliothecae *Garellianae*, quam fatum una cum redditibus *Leopolim* abſtulit, alia ex munificentia *Auguſti* ſucceſſit. Haec quamvis ubertate codicum et manuſcriptorum cum prima non

comparanda, numero tamen voluminum et praestantia operum, praecipue novorum illam longe excedit. Plurimis enim bibliothecis et collectionibus rarioribus in unam redactis, factisque praeterea non exiguis sumptibus intra spatium triennii constructa haec fuit bibliotheca, quam quisque dignitati hujus regii instituti respondentem admiratur.

Mei, tanquam praefecti hujus bibliothecae, officii erat, confecto primum generali catalogo partes eamdem constituentes ad usum eorum praecipue, quibus thesaurus hic litterarius inserviat, accommodare. Itaque ordini vel maxime consentaneum esse duxi, facto ab originibus typographicis initio in descriptione systematica ulterius progredi.

De duabus nunc litteraturae typographicae partibus hic mihi agendum est; *primo* de operibus, quae ad origines typographicas generatim referuntur; *secundo* de

iis demum libris, qui historiam solum artis typographicae vindobonensis concernunt.

In utraque parte clarissimus *Denisius* antecessor meus in officio omnia praestitit. Volvens ac revolvens, quid mihi vir hic incomparabilis, et de re litteraria meritissimus agendum reliquerit, nihil invenio, praeter eximium assiduitatis suae prototypum: hoc sequi, et unicum est, quod desidero.

De ignotis omnino editionibus, quae describendae erant, occurrerunt paucissimae; vix non omnes praesertim rariores a *Maittairio* 1), *Denisio* 2), *Zapfio* 3),

---

1) Annales typographici ab artis inventae origine etc. editiones duae: ab anno 1719 et 1733. *Hagaecomitum* et *Amstelodami*. 4. editio prima et secunda.

2) Annalium typographicorum *Maittairii* supplementum. 1789. 4.

3) Annales typographicae augustanae ab anno 1466 usque ad annum 1533. *Augustae* 1778. 4. Ejusdem *Augsburgs* Buchdruckergeschichte. *Augsburg*, 1786. 1791. 4.

Braunio 4), et *Panzero* 5) recenſitas legimus; cumque de indagatione earum jam non quaeſtio ſit, eas ſolummodo titulo *Catalogi Bibliographici* congeſſi; majoribus utpote bibliothecis monarchiae auſtriacae, ut et amatoribus artis typographicae pro ulteriori perſcrutatione ſufficiet, ſcire locum, quo recenſitae detineantur.

4) *Notitia hiſtorico-litteraria* de *libris* ab artis typographicae inventione usque ad annum 1478. Partes 2. *Auguſtae*, 1788. 4. *Ejusdem notitia hiſtorica litteraria* de *codicibus* manuſcriptis in Bibliotheca Monaſt. ad S. *Udalricum* et *Afram*. Volumina 3. *Auguſtae*, 1791 — 1793, 4.

5) Annales typographici ab artis inventae origine ad annum MD. poſt *Maittairii Deniſii* aliorum doct. virorum curas in ordinem redacti et aucti volumina hujusque ſeptem. *Norimbergae*, 1793 — 1799. 4. Ejusdem: Annalen der ältern deutſchen Litteratur. *Nürnberg*, 1788. — Ejusdem Buchdruckergeſchichte *Nürnbergs*, oder Verzeichniſs aller vom Anfang der Buchdruckerkunſt bis 1500, in *Nürnberg* gedruckten Bücher. *Nürnberg*, 1789. 4.

Supervacaneum praefecto fuiſſet eos libros, qui nobis ex annalibus typographicis, praefatorum clariſſimorum virorum innoteſcunt, tam diffuſe deſcribere; adjeci tantum quasdam annotationes, quae aut dubia ab aliis mota removent, aut indagationem faciliorem reddunt; majore adeoque hujus generis auctorum numero, quibus catalogus non indiget, eo magis ſuperſedendum duxi, cum in noviſſimis annalibus typographicis *Panzeri* antiquiores bibliographi quaſi ad unum omnes reperiantur; ſatis forte factum eſt, principaliora auxilia, quibus uſus fui, indicaſſe.

Origines artis typographicae vindobonenſis, quod attinet, eas per inſigne Cl. *Deniſii* opus 6) jam exhauſtas

6) *Buchdruckergeſchichte Wiens* bis 1560. *Wien*, 1782. Tomi 3. cum ſupplemento ſive Nachtrag zur Buchdruckergeſchichte. *Wien*, 1793. 4. His addantur: Ejusdem *Merkwürdigkeiten* der Ga-

video; superſunt ſolummodo nonnulla opuſcula, quae hunc ſolertiſſimum inveſtigatorem non ſua omnino culpa fugerunt. Arduus ſane Cl. *Deniſio* labor erat, collectionem originum typographicarum vindobonenſium ad hanc usque perfectionem perduxiſſe, cum ipſe fateatur, maximam earum partem in variis Auſtriae bibliothecis diſperſam fuiſſe, ita ut opera recenſita ſaepius ſolis titulis per commercium litteratorum ſibi indicatis cognoverit.

Tanto facilior mihi hic labor ſucceſſit, cum poſt abolitionem plurium monaſteriorum et praeſertim Ab-

---

relliſchen Bibliothek. *Wien*, 1780. 4. — *Einleitung* in die Bücherkunde. *Wien*, 1796. 4.

Hic etiam referri meretur commentatio de primis Vindobonae typographis cum variis ad rem litterariam annotationibus, quam Cl. D. *Er.* ~~*Christianus*~~ Xistus *Schier* eremita Auguſtinianus. *Vindobonae*, 1764. 4. exhibuit.

batiae *Lunaelacensis* 7) hae origines typographiae pro incremento C. R. hujus bibliothecae recens erectae quasi in unum confluxerunt 8). Saltem de omnibus operibus in praesenti catalogo descriptis dicere fas est, ea in hac bibliotheca exstare.

Hoc volumine opera tantum ab anno MCCCCLXIX. usque ad annum MD. comprehendentur; copiosior et editionibus rarioribus multo ditior est altera collectio, quae accessiones typographicas ab initio saeculi decimi

7) Celebrem quondam bibliothecam lunaelacensem fuisse, ex catalogo codicum manuscriptorum constat, qui posteriori parti Mantissae *chronici Lunaelacensis* Pedeponti, 1748. impressi subjunctus est.

8) Ex praestanti librorum collectione Cl. D. *Herbizii* hujus Bibliothecae custodis etiam varia eidem opuscula accesserunt, quae praecipuae origines typographiae vindobonensis concernunt.

ſexti usque ad annum ejusdem ſaeculi trigeſimum ſextum continet; hujus expoſitionem, ſupplementi loco, una cum deſcriptione monetarum Auſtriae antiquiorum, et emblematum rariorum, quae in cimelio C. R. hujus academiae aſſervantur, dabo, ſi circumſtantiae temporis admiſerint.

Quod attinet origines typographicas vindobonenſes Cl. *Deniſius* annum quidem ſesquimileſimum ſexageſimum metam ſibi poſuit; ſed cum nonnulla mihi memoratu digna obveniſſent, conſultius eſſe duxi, etiam in deſcriptione catalogi bibliographici eo, quo usque acceſſiones ſe extendunt, excurrere.

Propoſiti mei eſt, ſolummodo exactum pro commodo bibliothecae hujus caeſ. regiae academiae catalogum in quacunque ſcientiarum claſſe conficere; obſervationes adeoque criticas in illum inſtituendas iis relinquo, qui ſingularem huic ſtudio operam navant;

non polyhiſtorem aut bibliographum, ſed jurisconſultum, ut ſcripta mea demonſtrant, me profiteor; adeoque cum ſeria agere non poſſum, his ſaltem, quae muneris nunc mei ſunt, ſatisfacio, ne mortuus inter vivos ambulare videar. Obſervationum criticarum loco, quae melius magiſtris in arte, quam tyronibus in ſcientia bibliographica conveniunt, dubia ſolummodo expoſui: abſurdum enim mihi videtur, in aliena ſcientiarum regione legislatorem adfectare; aut ex tripode fari velle. Si nonnullos libros latius deſcribere, et ſigna eorum characteriſtica, numerosque foliorum et linearum accuratius exponere praeſumſi, id ſoli innititur rationi, ut diverſitas editionum cuique magis eluceſcat. Conducit utpote multum ad notitiam litterariam, bibliothecarum praeſertim majorum, ſedulo ea omnia colligere, quae ſubſidiorum inſtar ſervire poſſunt; idque praecipuum argumentum fuit, ut catalogum hunc in uſum academiae noſtrae unice confectum triplicique indice adornatum typis vulgarem.

Homines quondam tempori servire (καιρῷ λατρεύειν) dicebantur; huic sorti nostra aetate etiam scientiae videntur subjacere. Studium originum typographicarum litteratos per nonnullas saeculi octavi decades occupavit; in hujus locum successit desiderium in praestantioribus editionibus classicorum antiquorum excellendi; cessit et hoc novitatis maniae; cum modo quisque historiam naturalem, chemiam, et agriculturam, fors certiori lucro, perscrutari conatur, quae communem aeque ac privatam respiciunt utilitatem; sed varium hoc litteratorum studium accuratiorem bibliographiae cognitionem vix non opprimere videtur 9). Hac impulsus ratione etiam hunc

9) *Göttingenses* in den gelehrten Anzeigen 1800. n. 39. p. 386. Studium bibliographicum in Germania generatim ut pruritum quemdam considerant, qui plerumque divites terrarum possessores Tolosque tantum artis typographicae amatores allicit; in eandem prorsus sententiam etiam Jenenses abeunt, cum in der allgemeinen Litteraturzeitung anno 1800. n. 187. p. 9. de codicibus manuscriptis theologicis latinis bibliothecae palatinae vindobonensis mentio fit, quos Cl. *Denisius* novissime recensuit, et digessit.

catalogum bibliographicum centenis tantum exemplaribus abſolvendum cenſui, ne impenſis in hunc factis mihi et aliis juſto ſim moleſtior.

Sit vero, ut pro republica litteraria ex hoc catalogo bibliographico parum utilitatis promanet, ipſe tamen etiam in eruditione hac arida, ſterilique tantum profeci, ut ea, quae alii adhuc praeſtiterunt, non ignorem; imprimis vero, ut ad ſtrictiſſimum ordinem, qui cujusque bibliothecae animam efficit, perinde quidquam contuliſſe mihi dicere liceat. Scripſi in Bibliotheca *Caeſ. Reg. Academ. Thereſ. VI.* non. quinctilis. MDCCC.

Joſ. de Sartori,

S. C. Maj. Conſiliarius et Biblioth. Thereſianae Praefectus.

ORDO HUJUS CATALOGI.

Sectio prima. Continens libros anni nota insignes ab anno MCCCCLXIX. ad annum MD.

—— *secunda.* Libros anni et plerumque etiam loci nota destitutos comprehendens. Ab anno MCCCCLXIX. usque ad annum MD.

—— *tertia.* Quae accessiones originum vindobonensium ab anno MD. usque ad annum MDLX. librosque anni nota insignes complectitur.

—— *quarta.* In qua accessiones originum typographicarum vindobonensium anni nota destitutae describuntur.

Supplementum I. ad sectionem primam et secundam.

Supplementum II. ad sectionem tertiam et quartam accessionum originum typographicarum vindobonensium seu librorum, quos Cl. *Denisius* non recensuit.

Index systematicus, bibliographicus, et typographicus.

SECTIO PRIMA

CONTINENS

LIBROS ANNI NOTA

INSIGNES

AB ANNO

MCCCCLXIX AD ANNUM MD.

SECTIO PRIMA.

MCCCCLXIX.

1. *Plinius Secundus Novocomensis* militiis procurationes quoque splendissimas, atque continuas summa integritate administravit etc. Haec in fronte fol. 1. — Sequitur eod. fol. *Plinii* epistola dedicatoria ad Imperatorem. — fol. 2. a. *Caij Plinii Secundi* Naturalis Historiae liber primus, aliorum et triginta sex librorum index incipit. — Capitula secundi libri. — fol. 2. b. incipiunt rubricae secundi libri de mundo, coelestibus, aëriis et terrestribus etc. capitulum. 1. an finitus sit mundus et an unus? Finiunt rubricae fol. 18. b. lin. 52. *Zoroastre* et *tacitaria.* — fol. 19. a. Liber secundus de mundo etc. — finit fol. 354 — lin. 44. his tribus distichis, qui locum et nomen typographi indicant.

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet
Quique etiam fractus pene legendus eram:
Restituit *Venetiis* me nuper *Spira Joannes*:
Exscripsitque libros aere notante meos.
Fessa manus quondam moneo: calamusque quiescat.
Namque labor studio cessit: et ingenio.

Ad calcem MCCCCLXVIIII. Character romanus, grandis, et splendidus. Sine signaturis, custode, epigraphis — follia 554.

non ſignata. lin. 50. cum litt. initialibus quadratis coloreis et auratis. Charta inſignis typographica. fol. maj.

Panzeri Annales Typographici T. 3. p. 63. v. *Deniſii* Suffragium pro *Jonn. de Spira. Viennae* 1794. p. 8.

MCCCCLXXI.

2. — *Petri* de *Creſcentiis* ruralium commodorum libri XII. haec in fronte. — fol. 1. praecedit epiſtola *Petri* de *Creſcentiis* civis Bononienſis in librum ruralium commodorum. Infra incipit tabula contentorum cujuscunque libri. — fol. 4. in fine: Supplica autoris pro examinatione operis ad excell. *Carolum* ſecundum Siciliae regem. — fol. 5. b. incipiunt libri operis. — in fine fol. ult. 209. a. lin. 30. *Petri* de *Creſcentiis* civis bonorum ruralium commodorum libri duodecim finiunt feliciter per *Joannem Schuſsler* civem Auguſtenſem impreſſi circiter XIIII. Kalendas Marcias. Anno vero a partu virginis ſalutifero milleſimo quadringenteſimo et ſeptuageſimo primo. Chart. goth. ſine ſign. — foll. 209. non ſign. lin. 35. cum initial. quadr. rub. et. nigr. f.

Zapfii Buchdruckergeſchichte *Augsburgs*. T. 1. p. 11. n. 3. *Panzeri* Annal. Typogr. T. 1. p. 101. n. 8.

MCCCCLXXII.

3. — *Quadrageſimale Roberti* de *Licio* quod de poenitentia dictum eſt, feliciter incipit. Ad calcem ult. fol. lin. 25.

Rubertus celeber finxit non parva minorum
Gloria me fratrum Paulo regnante ſecundo
Quarto ſed *ſixto* veniens *Halbruna*. Alemannus
Franciſcus Formis Veneta me preſſit in urbe
Mille quadringentis et ſeptuaginta duobus.

Char. rom. minuſ. et elegans, ſine ſign. cuſt. epigraphis foll. 268. cum ſign. lin. 32.

Panzeri Annal. Typogr. T. 3. p. 90. n. 96.

MCCCCLXXIII.

4. — *Aeneae Sylvii* de remedio amoris epiſtola haec in fronte. — Incipit dedicatio *Nicolai de Wyle* Eſslingani ad comitiſſam Palatinatus Rheni, archiducifſam Auſtriae. fol. 4. p. Köſtliche Hiſtorie enee Silvi des Poeten gemacht in der kaiſerlichen Kanzley. darnach Pabſt Pius genannt ward. — finit. fol. 13. p. lin. 20. gedruckt zu Augsburg MCCCCLXXIII. —

Hienach volget ein nüzlich Büchlein *Melibeus* genannt, daraus ein jung Menſch in ſelber wohl rätlich ſeyn mag, wie er ſich weislich in Erbarkeit in guten Sitten haben ſoll. — Ein Epiſtel. Haec in fronte. — finit fol. 32. a. lin. 18. dz. hat gedruckt *Hanns Bömler* zu *Augsburg*. Anno MCCCCLXXIII. Char. grandis in utraque epiſtola. Sine ſign. cuſt. *prima* continet foll. 13. lin. 20. — *ſecunda* foll. 32. lin. 19. 4.

Zapfii Buchdruckergeſchichte Augsburgs. T. I. p. 24. n. 3. *Panzeri* Annalen der deutſchen Litteratur. p. 67. n. 37. *Braunii*, Notitia. Hiſtorico - Litt. vol. 3. p. 108. n. 40.

MCCCCLXXIV.

5. — *Poſtilla* fratris *Thomae* de *Aquino* in Job incipit feliciter. Haec in fronte. — fol. 1. p. capitula ad finem fol. ult.

lin. 18. explicit postilla in Job fratris *Thomae* de *Aquino* anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto per discretum *Conradum Fyner* artis impressoriae magistrum. Char. Goth. sine sign. cust. foll. num. lin. 42. f.

Denisii Supplementum. P. 1. p. 42. n. 260.

6. — *Vincentii Beluacensis* Speculum historiale — Sequuntur libri decem partis primae. — ad finem lin. 10. explicit registrum capitulorum decem librorum primae partis speculi historialis fratris *Vincentii.* — Pars secunda continet libros undecim, finitque cum libro vigesimo primo. — Pars tertia incipit cum libro trigesimo primo; ad finem lin. 13. versus octo, qui auctorem *Vincentium* de *Burgundia* denotant.

Codicis insignis quin periodus quoque finis
Fauste nunc annotatur agente Deo
In partes hunc sectum tres *Augusta* que lector
Impressa littera dedit ecce tibi.
Historice seriem cuius vis complicat in se
Historicum speculum cui bene nomen erit.
Illustris sententiae tempore quelibet apto
Omnis et inseritur florida queque viri.
Auctoris nomen *Vincentius* ordine fertur,
Predique-cator *Burgundia* sed partia.

MCCCCLXXIV. absque loco impressionis. Char. Goth. sine sign. cust. foll. sign. — col. 2. lin. 52. f. maj.

Denisius in Supplemento T. 2. p. 786 demonstrat, hanc editionem Augustae Vindeliacorum in Monasterio SS. Udalrici et Afrae factam fuisse, et quidem typis *Sorgii*, aut saltem illius ductu. — *Braunii* Notitia. T. 3. p. 158.

7. — *Joannis Duns, Scoti* in quartum librum fententiarum opus anglicanum fol. 1. a. rubro. fol. 2. *Johannis Scoti* fubtilisfimi doctoris theologi in quartum librum fententiarum, opus angelicarum fine fol. 286. lin. 28. *Johannis Scoti* fubtiliffimi doctoris theologi in quartum librum fententiarum, opus anglicanum feliciter explicit — tabula de ordine quaeftionum fequitur foll. 3. — et demum fol. 3. a lin. 22. explicit numerus et ordo quaeftionum huius operis anno MCCCCLXXIIII. Char. Goth. (fecundum *Panzerum Antonii Kobergeri*) fine fign. cuft. col. 2. fol. 228. lin. 51. f.

Panzeri Annales Typogr. T. 2. p. 171. n. 18.

8. — *Alvari Pelagii*, ord. min. de planctu ecclefiae libri II. principium operis continet prohemium: haec in fronte. fol. 1. incipit regiftrum materiarum et finit fol. 7. b. lin. 27. Deo gratias — et dein in nomine domini incipit compilatio folennis de planctu ecclefiae religiofi fratris *Alvari Pelagii* etc. fol. 8. in principio figura fedentis monachi cum infcriptione ligno incifa: ecclefiae militantis planctum. — Vide in libro planctum ecclefiae: — finit liber primus art. LXX. lin. 9. Gratia fpiritus fancti finit prima pars hujus operis feliciter. — Incipit primus articulus fecundae partis huius operis folio fequenti — finitque articulo nonagefimo tertio fol. ult. a lin. 55. inter alia hac adnotatione complevi autem hoc opus dei gratia comitante - currente anno Domini MCCCXXXII. pontificatus tui anno XVI. in fefto S. Mariae nivis in Avinione ubi tunc cum tua curia refidebas. Fol. ult. lin. 10. fubfcriptio compilantis. Opus poftfcriptum manu propria una vice correxi et apoftilavi anno Domini MCCCXXV. in Algarbiae Portugalia etc. Lin. demum 18. Summa notabiliffima valde omnibus fpiritualibus et fecularibus proficua de fanctae ecclefiae katholice planctu intitulata — a venerabili et religiofo *Fr. Alvaro Pelagii* (Hifpani natione) juris canonici doctoris egregio etc. nec fummo pro tunc

temporis Dni. *Johannis* vicefimi fecundi fui papatus peniten- tiario — ftudiofe compilata et comportata — per honorabilem virum *Johannem Zainer* de *Rutlingen* procreatum, urbe *Ulm* commorantem, cum fumma diligentia correcta, atque arte imprefftoria effigiata cum individuae trinitatis adjutorio finita et fideliter confummata. Anno Domini milefimo quadrigentefimo quarto. die vero XXVI. Octobris — denique accedit tabula planctus ecclefiae alphabetice compilata a *Petro Dominico*, adnexis ibi quottationibus et litteris finit feliciter. Char. Goth. litt. initiales ligno incifae cum variis limbis. Sine fign. cuft. cum epigraphis col. 2. lin. 58. foll. 404. fol. reg.

Panzeri Annal. Typògr. T. 3. p. 529. n. 6. Maitairius T. 1. p. 332. male ad Ann. 1473. hanc editionem refert.

MCCCCLXXV.

9. — Incipiunt *Tituli queftionum* de duodecim quodlibet S. *Thomae* de *Aquinatis* ordinis predicatorum fecundum ordinem alphabeti affignati. Haec in fronte fol. 1 — 7. dein fol. 8. a. primum quaeftiones de quotlibet *Sancti Thomae* — Articulus primus — ad finem. fol. 231. b. lin. 11. immenfa dei clementia finitur quodlibet liber fancti *Thomae* de *Aquino* ordinis fratrum predicatorum in eiusdem gloriam compofitus. Impreffus *Ulm* per *Johannem Zainer* de *Rutlingen*. Anno domini milefimo quadringentefimo feptuagefimo quinto; pro cujus confummatione rex regum laudetur in fecula benedictus. Amen — Huic operi addita eft tabula oppofita a domino *Alberto* de *Ferrariis* fuper infcripto opufculo de horis canonicis, quae continet cum opufculo foll. 26. — finitque fol. ult. lin. 32. — Semper benedictus in feculorum fecula. Amen. Char. Goth. litt. init. ligno incifae fine cuft. fig. foll. non fign. 257. lin. 34. f.

Panzerus in annal. typogr. T. 3. p. 531. n. 12. de opusculo annexo super horis canonicis *Alberti* de *Ferariis* quidem nihil indicat; attamen eandem esse editionem ex coeteris attributis constat.

MCCCCLXXVI.

10. — *Processus Juris.* Im Namen der heyligen und unteilperen trivaltikayt. Amen. von ordnung zu reden etc. etc. — Haec in fronte: fol. 1. a. — Kurze ordnung des Gericht. fol. 6. b. — was ein Libell sey. — fol. 11. a. wie man Höfe verleyhen soll. fol. 21. a. — von zehenden. fol. 25. b. — von Mulin. fol. 27. a. — finit. fol. 26. b. lin. 13. der yed teyl zwen dazu geyt. — Char. grand. sine cust. sign. epigr. foll. non sign. 26. lin. 20. 4.

Zapfius, in der Buchdruckergeschichte Augsburgs. T. 1. p. 38. n. 13. memorat Boemlerum 1476. Augustae hos opusculum impressisse.

11. — *Liber sextus decretalium* domini *Bonifacii* Papae VIII. — Haec in fronte. Sequitur textus cum glossis — in princ. fol. ult. tetrastichon in laudem operis et *Wenszleri.*

Pressos sepe vides lector studiose libellos
  Quos etiam gaudes connumerare tuis.
Si fuerint nitidi, tersi, si dogmata digna
  Contineant, et sit littera vera bona.
Dispeream nisi invenias haec omnia in istis
  Quos pressit *Wenszlers* ingeniosa manus
Nam quecunque fuit hoc toto codice pressa
  Littera sollicito lecta labore fuit.

dein finit. fol. 156. lin. 8. insigne et celebratissimum opus *Bonifacii* octavi, quod sextum decretalium appellant, in praeclarissima

urbe Basiliensi ingenio et arte Michaelis *Wenszlers* impressum feliciter et finitum, anno domini septuagesimo sexto post millesimum et quadringentesimum octavo idus Julii — Insigne typograph. Char. goth. sine sign. cust. foll. num. 156. col. 2. lin. 66. f. maj.

Panzeri annal. typogr. T. 1. p. 147. n. 7. Maitt. p. 364.

MCCCCLXXVII.

12. — *Antonini* archiepiscopi florentini summae theologicae pars secunda. fol. 1. prologus — dein tituli duodecim et capitula undecim. — finit fol. ult. lin. 32. Anno incarnationis dominice milesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Octobris vero idus VI. Pars summae secunda *Antonini* archiepiscopi florentini etc. etc. *Nurnberge* per *Antonium Koburger* oppidi prefati incolam quam diligentissime impressa. Finit feliciter registrum in 3. foll. Char. goth. sine sign. cust. foll. 321. sign. col. 2. lin. 60. cum epigr. fol. maj.

Panzeri annal. T. 2. p. 177. n. 40. nullibi invenitur ratio, cur Koburger tomum secundum anno 1477. et primum anno subsequenti imprimi curaverit.

13. — *Johannis Gritsch* quadragesimale. Haec in fronte — fol. 1. usque 45. b. Tabula alphabetica — fol. 46. quadragesimale *Johannis Gritsch* ordinis fratrum minorum doctoris eximii. Per totum temporis anni spatium deserviens cum thematum evangelicorum et epistolarum introductionibus et tabula peroptima incipit feliciter. fol. ult. b. lin. 11. explicit quadragesimale tripartitum religiosi viri magistri *Johannis Gritsch* de Basilea professoris sacrae theologiae eximii impressum et continuatum cum dei adjutorio per

Johannem Wienner de Wienna. Anno MCCCCLXXVII. Char. goth. graff. fine fign. cuft. foll. non num. 502. lin. 38. f.

Zapfs Buchdruckergefchichte Augsburgs T. 1. p. 45. n. 7. *Panzeri* annales typogr. T. 1. n. 41.

MCCCCLXXVIII.

14. — *Joannis de turre cremata* quaeftiones fuper evangelia de tempore. — Praecedit fol. 1. dedicatio auctoris ad collegium cardinalium. — finit. fol. ult. lin. 31. queftiones fuper evangelia de tempore *Joannis de turre cremata* finiunt feliciter. Impreffum *Naremberge* per *Fridericum Creisner* ejusdem civitatis incolam fub anno domini 1478. Char. goth. fine fign. cuft. — foll. non fign. 185. epigraph. lin. 35. f.

Panzeri annales typogr. T. 2. p. 181. n. 58.

15. — *Biblia latina* — finit. fol. ult. lin. 48. explicit biblia impreffa *Venetiis* per *Leonardum de Wild* de *Ratisbona* expenfis *Nicolai* de *Frankfordia*. MCCCCLXXVIII. incipiunt porro interpretationes hebraicorum nominum fecundum ordinem alphabeti fol. 33. tribus colum. — expliciunt interpretationes hebraicorum nominum. Laus deo — fequuntur recapitulationes fol. 34. in colum. 5. Char. goth. minufc. fine cuft. foll. non num. 446. epigr. col. 2. lin. 52. f. m.

Panzeri annal. typogr. T. 3. p. 139. n. 350. Maitt. p. 384.

16. — *Antonini* archiepifcopi florent. theologicae fummae. Pars prima fol. 1. a. praecedit prologus fub rubro: *Prima Pars*

ſumma fratris Anthonini de florentia ordinis praedicatorum et archiepiſcopi florentini, in qua agit de anima et de pertinentibus ad ipſam: — fol. 2. a. tabula totius operis — fol. 3. titulus primus de anima, usque ad titulum vigeſimum de regulis juris incluſive. fol. ult. tomi primi: hic prime partis ſumme *Anthonini* etc. etc. finis extat, ſolerti cura emendate opera ac impenſis *Anthonii Coburger Nurnberg* impreſſe. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo currente nativitatis dominice anno. XVI. vero Kl. novembris etc. obiit idem ſacre ſcripture interpres Anno legis gratie mileſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono. VI. nonas May, Cujus Epithaphium ſepulturae hoc eſt affixum.

Hic eſt ille tuus paſtor florentia: pro quo
Non ceſſas meſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priscis pietate Anthoninus
Impar, qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

Char. goth. ſine ſign. cuſt. et pag. num. foll. 252. col. 2. lin. 59. fol. maj.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 181. n. 55. Maitt. p. 393.

17. — *Antonini* Archiepiſcopi florentini *ſummae Theologicae pars tertia.* — fol. 1. Prologus in nomine ſanctae et individue trinitatis — fol. 4. incipit tertia pars ſummae etc. Finit cum titulo XXXII. fol. ult. lin. 32. Anno Chriſti mileſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo. Februarii vero Kl. ſeptimo *Antonini* Archiepiſcopi florentini — Pars summe tercia. ad Dei Laudem etc. ut paulisper pars ſuis cum tribus partibus pernominata inclareſceret compilata. Laborioſiſſime (haut dubium) hasdem ſcripſit. Per *Antoninum Coburger* convivem opidi *Nurnberg* induſtria cuius denuo atque impenſa quam ſolerter impreſſa. Finit feliciter. Sequitur regiſtrum.

fol. 5. Char. goth. fine cuft. fign. num. foll. 210. col. 2. lin. 60. cum epigr. fol. maj.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 179. n. 49. Maitt. p. 392.

18. — *Calendarium.* Infcripfit: ufum hujus opufculi breviter exponemus: in principio fe offert calendarium in 12 menfes partitum. — f. 3. b. Tabula elevationis poli: ad calcem impreffum *Ulmae* per *Johannem Zainer* Anno dominicae incarnationis. 1478. dein incipit Calendarium per menfes — usque ad fol. 10 — Cicli quatuor radices capitis draconis — tabula motus lunae et tabula motus — motus folis et tabula pro longitudine diei dignofcenda. — Eclypfes folis et lunae. fol. 19. — Char. goth. med. grandis. fine foll. num. 19. epigraph. et fign. lin. 41. f.

Denifii Supplementum P. 1. p. 91. n. 616.

19. — *Sermones aurei* de fanctis fratris Leonardi de Utino facre Theologiae doctoris ordinis predicatorum — Prologus. Haec in fronte fol. 1. — cui praecedit tabula omnium fermonum numero 210 — ad finem fol. 300. b. lin. 26. expliciunt fermones aurei de fanctis per totum Annum, quos compilavit magister *Leonardus* de *Utino* facrae Theologiae doctor etc. — ad inftantiam et complacentiam magnifice communitatis utinenfis etc. — Anno incarnationis dominicae millefimo quadringentefimo feptuagefimo octavo undecimo vero Kal. Februarii. Hiique denuo impreffi funt fermones *Nurnbergae* per *Anton. Coburger* incolam prefati opidi, cujus opus induftria fabricatum quam attente finit feliciter. Laus in divinis enti de hujus fine complementi. Char. goth. fine cuft. et fign. col. 2. foll. num. 210. epigraph. lin. 50. fol. maj.

Maittairii annal. typogr. T. 1. p. 392.

20. — *Innocentii* IV. P. M. *Apparatus* ſuper quinque libros decretalium cum Repertorio *Baldi* de *Peruſio*. fol. 1. incipit apparatus quinque librorum decretalium domini, Innocentii Papae quarti compoſitus et publicatus in civitate Ludunenſi. fol. ult. b. ante repertorium lin. 10. explicit ſolemnis apparatus Innocencii pape quarti ſuper quinque libris decretalium elegantiſſime compoſitus multivarios caſus — continens. Magna cum diligentia in originali emendatus per venerabilem virum *Andream Hartmanni* de *Eppingen* artium liberalium magiſtrum — Eccleſiae argentin. officialem in inclita argentin. Civitate impreſſum ſub Anno Domini MCCCCLXXVIII. fol. ſeq. incipit *repertorium ſuper Innocencio* editum ab egregio *Baldo de Peruſio* — quod *Baldi Margarita* nuncupatur in foll. 57. Char. goth. min. cum lit. quadrat. init. ſine ſign. cuſt. foll. non num. 464. epigraph. col. 2. lin. 60. fol. maj.

Panzeri Annales typogr. T. 1. p. 21. n. 25. Maitt. p. 393.

21. — *Leonardi* de *Utino ſermones quadrageſimales* de legibus: etiam dominicales. fol. 1. incipit. ſermo excellentiſſimi viri, ſacrarum literarum interpretis etc. — finit ſermo 48. lin. 6. — theologie doctoris precipui *Leonardi* de *Utino* divi ordinis fratrum praedicatorum quadrageſimales ſermones ad populum. Per doctum quemdam hominem ſecundum alphabeti ordinem mirifica induſtria ſic regiſtrati, ut quacunque de re, et quocunque tempore, quis praedicaturus ſit, uberem materiam facile invenire poſſit. Emendatiſſime impreſſi *Ulme* per *Joannem Zeiner* finiunt feliciter. Anno a natali chriſtiano 1478. — Char. goth. ſine cuſt. ſign. foll. num. 378. col. 2. lin. 60. fol. max.

Panzeri Annal. typogr. T. 3. p. 533. n. 18. Maitt. p. 392. 394. edit. prima.

MCCCCLXXIX.

22. — *Roberti Caracioli de Licio sermones* sive *collecta magistralia* — finiunt sermones: fol. ult. l. 45. lit. min. Deo gratie infinite — dein incipit lit. majuscul: Epistola etc. *Roberti Caracioli* ad *Joh. de Aragonia* — fol. seqs. Prologus in opus de timore divinorum Judiciorum finiunt — fol. ult. lin. 26. sermones clarissimi in sacra theologia magistri frat. *Rob. Caracioli* de *Licio* ordinis minorum de timore judiciorum dei. Impressi in civitate imperiali Nurembergensi per *Fridericum Creusner* Anno domini quadringentesimo, septuagesimo nono. — Laus deo clementissimo. — Dein incipit sermo per optimus de morte. Ad finem: fol. 7. b. lin. 34. tractatulus de morte etc. — impressus *Nuremberge*, per *Andream Creusner* incolam ejusdem. Anno MCCCCLXXIX. Char. goth. partim min. part. maiusc. sine cust. sign. foll. non num. 220. col. 2. epigr. f.

Maittairii Annal. edit. prim. T. 1. p. 136. meo exemplari non nulla folia desunt.

23. — *Antonini* Archiepiscopi florentini *summae theologicae* pars quarta — fol. 1. Prohemium in quartam Partem summae domini *Anthonini* Archiepiscopi florentini. ord. Predicatorum. Sequuntur tituli sedecim — Registrum — fol. ult. lin. 26. obiit ipse *Anthoninus* etc. Epitaphium tomo secundo jam indicatum in fine — Industria *Antonini Koburger* incole *Nurnberge*. Taliter effigiata et anno Domini millesimo quadringentesimo LXXIX. penultima Aprili consummata. Char. goth. sine sign. cust. pag. num. foll. 336. col. 2. lin. 60. cum epigr. fol. maj.

Panzeri Annales typogr. T. 2. p. 183. n. 64. Maitt. p. 393.

24. — *Principis Abolai Alhasceni (Avicennae) canonis libri*

quinque: fol. 1. incipit liber canonis, quem Princeps *Abolai Abinſceni* de medicina edidit: translatus a magiſtro *Geraldo Cremonenſi* in *Toleto* ab Arabico in Latinum verba *Abolai Abinſceni*. Haec in fronte. — Sequitur eodem fol. regiſtrum contentorum libri primi — fol. 3. liber primus — finit fol. 63. a. expletus eſt liber primus canonis, quem princeps *Abolai Abinſceni* de medicina edidit: impreſſus vero *Patavii* Anno Chriſti optimi. MCCCCLXXIX. Kalendas Septembris. *Liber ſecundus*. fol. 66. ad finem impreſſus MCCCCLXXIX. VI. Kalendas Septembris — *Liber tertius* fol. 171. impreſſus *Patavii* MCCCCLXXIX. ſexto Kalendas Novembris. — *Liber quartus* — fol. 90. explicit liber quartus canonis *Avicennae*. Deo gratias — *Liber quintus*. finit fol. 28. completus eſt liber canonis, qui eſt antidotarium ſenis regis *abolai haſſen filii Hali Abinſceni*, et ejus complemento completus eſt liber totus. — Huic additus eſt fol. ſequ. libellus *Avincenne* de viribus cordis translatis ab *Arnaldo de Villa* nova barchionone feliciter incipit — et finit fol. 7. a. lin. 32. expletus eſt libellus de viribus cordis, quem princeps *Avicenna* edidit. C. Impreſſus *Patavii* Anno Chriſti optimi. MCCCCLXXIX. octavo idus Novembris — cum Registro. Char. goth. min. cum ſign. foll. non num. 281. col. 2. lin. 63. fol. max.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 370. n. 43. Maitt. p. 775.

25. — Incipit *ſumma ſuper titulis decretalium* a domino Archiepiſcopo ebredensi compilata, qui et vulgatiori vocabulo *Hoſtienſis*. *Henricus de Seguſia* dicitur. — Additis quoque in quibusdam locis et aliis rubricellis: ſequuntur contenta primi libri: dein quatuor verſus.

Cedite ſumarum ſcriptores cedite longe
Hoſtium, qui pandit ſacrati dogmata juris

Hostiendi adest. Ex clarus et littera dives
Ergo lege felix et ere solare labores. —
Finit libro quarto. foll. ult. 575. b. lin. 51. his versibus.
Monstrans obscuras juris dissolvere curas
Pro summae summo sit regi gloria summo.
Extricat antiquas haec nova summa plicas.

Desideratum hujus summae *Hostiensis* finem advexit mensis Februarii dies decimus octavus, quo post virgineae prolis vagitus dulcissimos mille quadringenti-septuaginta novem anni transiere. Char. goth. min. sine sign. cust. epigr. foll. non num. 575. col. 2. lin. 64. absque loco impr. fol. maj.

Panzeri annal. typogr. T. 4. p. 21. n. 139. *Denisii* suppl. P. 1. p. 106. num. 738.

MCCCCLXXX.

26. — *Thomae* de *Aquino* de *veritate catholicae fidei libri contra gentiles*. Praecedit tabula capitulorum fol. 4. 1. a. incipit liber primus de veritate catholicae fidei in errores gentilium: editus a venerabili fratre *Thoma de Aquino* etc. in fine libri quarti — impressum vero dedit vir praestantissimus *Nicolaus Jenson* gallicus florente Re. prin. Venetorum *Joanne Mocenigo*.duce. Anno salutis MCCCCLXXX. Idibus Juniis sequitur epistola dedicatoria *Petri Albi Cantiani* Veneti ad Petrum *frigerium* archiepiscopum corcyrensem. Char. goth. cum sign. epigr. foll. non num. 195. col. 2. lin. 55. f. min.

Panzeri annal. typogr. T. 3. p. 150. n. 416. Maitt. p. 410.

27. — *Scala Celi*, *Joann. Junioris* O. P. — incipit p. 2. cum

judice materiarum. p. 3. prologus et lit. A. verb. *abstinentia* — continuat ordine alphabetico usque u. finit fol. ult. cum verbo. *Usura.* l. 34. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo. liber iste vocatur *scala celi*, *ulme* impressus per *Joan. Zainer* explicit feliciter. Char. goth. minusc. rubricae grandes. cum epigr. sine sign. et foll. sign. 168. lin. 41. f. min.

Panzeri annal. typogr. T. 1. p. 535. n. 25. Maitt. p. 414. *Denisii* suppl. P. 1. p. 123. n. 881.

MCCCCLXXXI.

28. — *Registrum* alphabetico ordine collectum in libellum, qui intitulatur: *comuniloquium* seu *summa collectionum*: haec fol. 1. p. 2. finit registrum fol. 12. b. — Tabula prima, ad calcem. fol. ult. lin. 29. vigore motoris primi immobilis: nullam magnitudinem habentis *Galensis* summa venustissima atque lepidissima: summa collationum alio nomine sive communiloquium vocitata. Dogmatum varios microcosmi gradus ac status respicientium complexiva ob dei gloriam amplioremque ecclesiae fructificationem artificialiter effigiata. Legis gratia Anno. 1281. (1481.) finit feliciter. Char. goth. cum epigr. sine cust. sign. et foll. num. 191. lin. 29. f. m.

Denisii suppl. P. 1. p. 134. n. 972.

29. — *Bonifacii VIII. liber sextus decretalium* cum apparatu *Joannis Andreae*. fol. 1. a. incipit liber sextus decretalium. lit. majusc. colore rubro — finit fol. ult. l. 1. decretalium liber sextus una cum apparatu domini *Joannis Andreae* in inclita spirensium urbe diligenter impressus. Factore *Petro Drach* juniore cive

inibi anno Domini MCCCCLXXXI. XVII. mensis Augusti finit feliciter. Insigne typogr. Char. goth. majusc. et min. sine cust. foll. num. 162. lin. 62. col. 2. cum notis margin. f.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 20. n. 13. Maitt. p. 425.

30. — *Nicolai de Lyra expositiones in vetus et novum Testamentum*. fol. 1. a. Prologus primus venerabilis fratris *Nicolai de Lyra* in testamentum vetus de recommendatione sacrae scripturae in generali incipit — finit fol. 258. cum libro *Paralipomenon II.* — *Tomus secundus* incipit cum prologo in librum *Esdrae* — usque ad Psalmum CXLIX. inclusive finit fol. 171. — *Tomus tertius* expositio prologi in proverbia *Salomonis* — finit. cum additione fol. ult. 227. lin. 50. *Tom. quartus* f. 1. b. incipit expositio Prologi in Abdiam Prophetam — ad finem fol. ult. lin. 43. explicit postilla praeclarissimi *Nicolai de Lyra* ordinis minorum super Biblia tam vetus, quam novum testamentum cum additionibus reverendi in Xristo p. et d. *Pauli Burgensis* ecclesiae episcopi sacrae theologiae ac ordinis d. dominici professoris. Sit ac replicis venerabilis *Mathie Doringk* sacre pagine ac regulae S. Francisci professoris pro loco suo adaptatis et industria impensisque *Anthonii Koburger* incole Nurenbergensis quem diligenter exaratis, atque XXII. mensis Januarii Anno salutis MCCCCLXXXI. consummatis ex quo laus honor et gloria deo propicio, ut sua dignetur adesse gratia et favore operi proxime effecturo. Char. goth. minusc. sine sign. cust. epigr. foll. non sign. 279. col. 2. lin. 71. f. maj.

Maitt. edit. prima. T. 1. p. 160.

MCCCCLXXXII.

31. — *Institutionis Justiniani* — incipiunt in Nomine Domini nostri Jesu Christi — ex hoc nota, quod christianus fuit — effigies

imperatoris ligno incisa, cum aliis quatuor personis, quibus jus dare videtur. Haec in fronte — fol. ult. finis institutionum cum Apparatu acursii civis florentini impressus p p Anno salutis MCCCCLXXXII. regnante Jo. *Galeazo Maria* illustrissimi Insubrii duce sexto. Char. goth. cum sign. in lit. sine cust. epigr. fol. num. 75. sed col. textus 2. cum notis margin. lin. 15. textus fol. ult. 75. b. f.

Haec editio differt ab illa a *Panzero* in annal. typogr. T. 2. p. 46. n. 216. descripta; nihil omnius tamen eam eodem anno Mediolani factam fuisse ex conclusione ejusdem supradicta patet.

32. — *Claudii Ptolomaei Alexandrini cosmographia* — fol. 1. dedicatio beatissimo *Patri Paulo secundo Pontifici maximo* donis *Nicolaus Germanus* — cum Ima gine, repraesentans auctorem ad pedes pontificis prostratum librum que offerentem. fol. 2. a. *Claudii Ptholomei* cosmographi *liber primus* habet introductionem in cosmographiam. *Liber secundus* continet discriptionem omnium Regionum et Insularum eodem tempore notarum in fol. 69. — His additae sunt tabulae 33. in totidem foliis ligno a *Joh. Schnitzer* de *Arnheim* insculptae juxta inscriptionem in limbo superiore tabulae primae. — Ad finem fol. ult. l. 32. *Claudii Ptolomei* viri Alexandrini cosmographiae *octavus* et *ultimus* liber explicit. — Opus domini, *Nicolai Germani* secundum *Ptolomeum* finit. Anno MCCCCLXXXII. Augusti vero Kalendas XVII. impressum *Ulmae* per ingeniosum virum *Leonardum Hol* praefati oppidi civis. Char. rom. grandis et eleg. sine cust. epigraph. cum mappis geographicis et foll. 101. signat. lit. lin. in ult. fol. b. 45. col. 2. f. maj.

Panzeri annal. T. 3. p. 535. n. 28. *Maitt.* p. 431 et 438.

33. — *Sulpicii Verulami examen*, in fronte, cui praecedit dedicatoria epistola ad dominum *Angelum Tyburtinum* etc. etc. —

data *Perusiae* septimo Idius Aprilis — in fine: explicit grammatica *Sulpicii Verulami* — impressa *Nuremberga* per *Cunradum Zeninger*. Anno Domini DCCCCLXXXII. qua pueri facilius melius et citius imbuuntur, quam obscuritatibus *Alexandri*. Prout clare declaratur superius in hoc libello de nominum declinatione in principio, et in praefatione de generibus nominum. — Dein sequitur carmen *Sulpitii* ad lectores — aliud ad Aulum — Vocabula explanata in hoc opusculo contenta cum paucis adjectis — etc. Chart. goth. minusc. potissimum literae initiales rubrae. — Sine sign. cust. epigr. et foll. sign. 109. lin. 34. 4.

Panzeri annal. T. 2. p. 192. n. 116. *Maitt.* p. 433.

34. — *Fasciculus temporum.* fol. 1. a. Praefatio autoris — eodem fol. b. fasciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens, admissus ab alma universitate Coloniae incipit feliciter. fol. 2. a. Prima aetas mundi — in fine fol. 63. b. opusculum utique omni statui, atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile. Continens succincte progressum patrum ab initio mundi usque ad hoc nostrum tempus cum actis notabilioribus eorundem, quod devotus quidam carthusiensis eius autor primus fasciculum temporum nuncupavit impressum per me *Albertum Kunne* de *Duderstat* mogunt. dyocesis. et admissum ab alma universitate coloniensi explicit feliciter sub anno Domini milesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Laus Deo. — fol. sequ. tabula brevis et utilis super libello, quae quoque fol. 8. lin. a. finit. col. 3. lin. 47. impressus *Memminger*. Chart. goth. minusc. cum sign. et fig. ligno incisis. foll. non signat. 71. sine epigr. in fine tabulae seu registri. col. 3. lin. 51. 4.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 102. n. 1.

35. — *Biblia latina.* fol. 1. incipit epistola sancti *Hieronymi* ad *Paulinum* presbyterum de omnibus divinae historiae libris. finit. p. 427. b. insigne hoc opusculum omnes veteris et novi testamenti codices juxta beati *Hieronymi* interpretationem in se claudens non absque alacri studio impensis *Antonii Koburger Nurnberge* est consummatum anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo: pridie Kalendas Januarius: — postea incipiunt interpretationes hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti in 32. foll. finiunt quoque et hae: expliciunt interpretationes hebraicorum nominum. Laus Deo. Char. goth. cum foll. non sign. 449. Sine sign. et cust. in ult. fol. col. tertia. lin. 53. f. m.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 190. n. 103. Maitt. p. 429.

MCCCCLXXXIII.

36. — *Ludolphi Carthusiani* vita *Christi.* — P. 1. 3. Prologus — — in meditationes vitae *Christi* — fol. 1. incipit liber de vita *Jesu* — pars prima finit post capitulum XCII. lin. 59. Laus enti in divinis — col. 2. insculpta ligno videtur manus sinistra — dein rubricae capitulorum. Pars secunda incipit de confessione vere fidei, quam *Petrus* fecit pro omnibus. — Sequuntur capitula LXXXIX. — Rubricae et registrum denique foll. ult. lin. 48. praesens opus vitae *Christi* secundum seriem Evangelii per *Ludolphum* de *Saxonia* patrem devotum *Argentinae* in *Carthusia* professum ob laudem Dei et profectum proximi est effectum, et in inclyta civitate *Argentina* benevisum sic effigiatum — gratias et merito agimus Deo — qui vitam *Jesu Christi* — hoc autumni tempore perfecimus in die sancti Luce Evangelistae millesimo quadringentesimo octogesimo tertio ejusdem *Jesu Christi* incarnationis anno.

Char. goth. fine cust. fign. et pag. num. col. 2. lin. 63. in textu. in ult. foll. 325. b. col. 1. lin. 38. fol. maj.

Panzeri annal. typogr. T. 1. p. 95. n. 53. *Denisii* suppl. P. 1. p. 178. n. 1349.

37. — *Jacobi* de *Voragine* legenda fanctorum, quae Lombardica nominatur hiftoria; — in fronte: *Lombardica Hiftoria* — fol. 2. a. incipit tabula fuper legendas fanctorum — fol. 11. Prologus — et capitula — fol. 13. incipit legenda fanctorum — finit fol. ult. lin. 26. Expliciunt quorundam fanctorum legende adjuncte poft Lombardicam hiftoriam impreffe *Argentine*. Anno Domini MCCCCLXXXIII. Char. goth. fine fign. cuft. foll. fign. 279. col. 2. lin. 47. f. min.

Panzerus in annal. typogr. T. 1. p. 24. n. 50. ibi quidem annus 1481. afferitur; attamen certiffime ex errore impreffionis, cum haec editio ad annum 1483. in indice Panzeri. T. 5. p. 455. relata fuit, et etiam apud allegatum Maittairium p. 545. fub anno 1483. recenfetur.

38. — *Additiones Pauli Epifcopi Burgenfis* ac replicae magiftri *Mathie Dorninck* fuper Poftilla *Nicolai* de *Lyra* — in fine fol. ult. lin. 72. additiones *Pauli* *Pauli Epi. Burgenfis* ac replice magiftri *Mathie* (fic) *Dorninck* fuper Biblia finiunt impreffa *Venetiis* per Francifcum *Renner* de *Hailbrun*. MCCCCLXXXIII. Char. goth. minutiffimus cum fign. epigr. foll. non fign. 149. col. 2. lin. 74. f.

Panzeri annal. typogr. T. 3. p. 189. n. 67. Mait. p. 447.

39. — Das *Concilium Buch* gefchehen zu Conftanz. hoc in fronte. — finit. fol. 247. lin. 14. hie endet fich das Conciliumbuch gefchehen zu Coftencz darinn man vindet, wie die Herren

Gayſtlich und weltlich eingeritten feind, und mit wie viel Perſonen. Auch ihr Wappen gemalet, und wie ſy abgeſchyden ſeynd. Auch die ſachen die darinn geſchehen ſeind hüpſch und gerecht gedruckt, und volendt in der kaiſerlichen Stat Augsburg von *Anthoni Sorg* am Afftermontag nach Egidii da man zalt nach Chriſti Gepurt MCCCC. und in dem LXXXIII. Jare. Char. grand. ſine ſign. cum foll. ſign. 247. col. 2. figurae permultae ligno inciſae. l. 34. f. — ex collectione Herbiziana.

— *Zapfii* Buchdruckergeſchichte Augsburgs T. 1. p. 65. n. 1. *Panzeri* Annalen der ältern Litteratur. p. 142. n. 187. *Clément* dans la Bibliotheque curieuse, historique et critique, ou catalogue raisoné T. 7. p. 280. et 81. tres diverſas editiones hujus operis deſcribit, quarum duas Bibliotheca Acad. Thereſ. asservat. De hac editione 1483 facta in ſpecie annotat. Cette édition surpasse les autres en beauté; et comme elle est originale, elle leur doit être préférée de tout point. Elle est toute remplie de figures gravées en bois, qui représentent les armes des personnes qui ont assisté au Concile de Constance ou divers événemens qui y ont en rapport.) Per tranſenam hic addere licebit, Bibliothecam Acad. Thereſ. hujus catalogi exemplar manuale poſſidere, in quo auctor manu propria ſuas annotationes correctionesque adjecit.

40. — Der *Seelen Würzgart*. p. 2. Regiſter Hie volget nach ein Lieplich und nutzliche Materi und wird genannt der Seelen Wurzgart — p. 8. Tayl. — p. 9. der erſt tayl. — Sequunt. *Partes quatuor*. fol. ult. lin. 19. gedrucket und fäliklichen vollendet dyſes Buch von *Cunrado Dinckmut* ze *Ulm* am nechſten ſamſtag nach Jakobi des heiligen tzwelff Botten. Anno Domini MCCCCLXXXIII. Jar. etc. Char. grand. cum epigr. multis iconibus ligno inciſis. foll. non ſign. 235. lin. 32. 4. maj.

— *Panzeri* annal. der ältern deutſchen Litteratur. p. 140. n. 178.

41. — *Quadragesimale* fr. *Johannis Gritsch* ord. fr. minorum. — fol. 2. operis egregii registrum — fol. 16. quadragesimale — incipit feliciter. lit. quad. lign. incisa — finit alphabet. fol. 48. — praemissa registro de evangeliorum thematibus etc. fol. ult. lin. 47. quadragesimale venerab. doctoris *Johannis Gritsch* — impensis *Antonii Koberger* peroptime est consumatum anno salutis MCCCCLXXXIII. nonas marcias. Char. goth. sine sign. cust. col. 2. lin. 53. in textu et in ult. fol. a. foll. 225. a col. 2. lin. 50. f.

Panzeri annal. typogr. T. 2. p. 194. n. 122. *Denisii* suppl. P. 1. p. 171. n. 1279.

42. — *Libri* et *tractatus sequentes* doctoris consolatorii *Johannis Gerson* sacrae pagine professoris cancellarii que parisiensis in hoc volumine continentur — incipit fol. 2. a. liber de consolatione theologiae. — finit volumen tertium operum domini *Johannis Garson* cancellarii parisiensis impressus per me *Johannem Koelhoeff* de *Lubeck Colonie* civem. Anno gratiae MCCCCLXXXIII. Char. goth. col. 2. foll. 328. lin. 39. f. min.

Panzeri annal. typogr. T. 1. p. 291. n. 111. *Maitt.* p. 448.

MCCCCLXXXIV.

43. — Opus historicum seu chronicarum *Antonini* archiepiscopi florentini tribus constans partibus. — Parti primae praemissum est summarium. — fol. 10. — Dein registrum. — fol. 4. — Prologus prima pars historialis fratris *Antonini* archiepiscopi florentini ordinis praedicatorum incipit prohemium et opus de aetatibus mundi. — ad finem fol. 6. 215. lin. 52. Prima pars historialis - - - finit feliciter laus Deo — Tomus II. incipit cum summario

ſecundae partis hiſtorialis domini *Antonini* etc. fol. 10. — Tabula titulorum fol. 2. capitulum primum de *Conſtantino Magno* usque poſt mortem *Conradi tertii.* fol. 241. lin. 65. finit feliciter *ſecunda pars hiſtorialis.* — Tom. III. habet in fronte: tertium iſtud volumen partis hiſtorialis continet materiam de quibusdam doctoribus et libris eorum et ſententiis notabilioribus. Exinde continuatur hiſtoria ab *Innocentio* tertio, qui fuit circa annum domini mileſimum ducenteſimum ſeptimum usque ad preſens. S. annum milleſimum quadringenteſimum et octavum, demum de ordinibus mendicantium ſanctis eorum ac geſtis. Summarium foll. 9. — tabula titulorum. 1. — titulus de religioſis et eorum ſcriptis etc. fol. 1 — 256. hoc fol. lin. 60. poſt epigrama domini *Antonii* — perfectum atque finitum eſt opus excellentiſſimum trium partium hiſtorialium ſeu cronicae domini *Antonini* archiepiſcopi florentini cum ſuis regiſtris. In *Nuremberga* nominatiſſima civitate germanice. Anno incarnatae deitatis MCCCCLXXXIIII. die ultima Julii per *Antonium Koberger* civem Nurembergenſem. Ad laudem ſummi opificis glorioſiſſimeque ſemper virginis *Mariae* gerule Hieſu Chriſti. Deo gratias. Sequitur adhuc regiſtrum 4. foll. Char. goth. cum epigr. ſine ſign. cuſt. col. 2. lin. 69. f. max.

Panzeri annales typogr. T. 1. p. 197. n. 139. Maitt. p. 454.

44. — *Statuta ſynodalia* et *provincialia* Euſtettenſis dioceſis juſſu *Wilhelmi* epiſcopi impreſſa. fol. 1. a. praecedit *Wilhelmini* epiſcopi epiſtolà, quae incipit: Dei gratia *Wilhelmus* epiſcopus *Eyſtetten.* fideli noſtro dilecto magiſtro Mathie *Walcker* de *Reutlingen.* Salutem. Statuorum noſtrorum ſynodalium ac provincialium volumina, que a nobis ſummis precibus petis: ipſa itaque optata accipe. et accepta ſedulo cuſtodi. cunque illorum opera uſus fueris, nobis fideliter remittere cures. date in caſtro noſtro montis ſancti *Willibaldi* die vigeſima menſis Marcii anno a nativitate

291. In gratiam fereniffimi ac potentiffimi principis et domini domini *Ferdinandi* principis *Hifpaniarum* archiducis *Auftriae*, ducis *Burgundiae* etc. cef. et catholice majeftatis locum tenentis generalis etc. et ad confolationem populorum fuae S. ac p. do. ditioni fubjectorum. *Georgii Tannftetter* collimitis Lycoripefis medici et mathematici *libellus confolatorius*, quo, opinionem jam dudum annis hominum ex quorundam Aftrologaftrorum divinatione infidentem, de futuro diluvio et multis aliis horrendis periculis XXIIII. anni a fundamentis exftirpare conatur — infra tabula ligno incifa 7. planetas, manum numinis, terram et labores rufticales repreſentante. cum infcriptionibus variis — et caef. Maj. gratia et privilegio. Haec omnia in fronte. fol. 1. a. — eodem fol. b. Sequntur in anni XXIV. prognoftica authore *Georgio Tannftetter* collimitio medico et mathematico. *C. Urfini Velti* epigrama fol. 2. a. Praefatio ad lectorem. — f. 3. b. explanatio operis. — finit fol. 20. lin. 29. *Viennae Auftriae* per *Joannem Singrenium* impreffum 20. Martii anno MDXXIII. poftea ad lectorem admonitio, ut pro difcernenda vera editione ad infigne auctoris ftella munitum et infra fol. 20. b. appofitum refpiciat. Char. grandis et venuftus. foll. 20. non fign. lin. 30. 4.

Denifii Buchdruckergefchichte Wiens, p. 237. n. 255.

MDXXIV.

292. — a. *Foederici Naufeae Blancicampiani* Jurisconfulti ad magnum *Erafmum Roterodamum*, ut is proximo in fpira facri Rhomani imperii principum ftatuumque conventui interfit, oratio. Haec in fronte fol. 1. a. — eod. fol. b. Carmen ad *Cufpinia-*

num — f. 2. b. oratio ipſa finit fol. 18. b. lin. 20. *Viennae Auſtriae* ex aedibus *Ioann. Singrenii* oct. Calend. Septembr. a Jeſu nato MDXXIIII. poſtea carmen ad Imperatorem *Carolum V.* fol. 2. Char. grandis plerumque curſiv. foll. 20. non num. 4. Ex *collect. Herbitziana.*

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 249. n. 269.

292. — *b.* In hoc libello haec habentur. *Oratio dominica* in verſus adſtricta *Caſpare Urſino Velio* authore. — aurea carmina *Pythagorae* graece, ac deinde latina eodem *Urſino* interprete. — ejusdem epiſtola ad *D. Eraſmum Roterdamum.* — ejusdem varia epigramata. Haec in fronte fol. 1. a. cum limbo calcographi ligno inciſo. — fol. eod. b. dedicatio ad equitem *D. Sigismundum* ab *Herberſtein* directa. — fol. 3. b. oratio dominica verſibus latinis — ad finem fol. 12. a. *Viennae Auſtriae* per *Joan. Singrenium.* Anno XXIIII. Char. grandis et elegans. ſine cuſt. foll. 12. lin. 30. 4. Ex *collect. Herbitziana.*

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 243. n. 266.

MDXXVII.

293. — Die *New Polizey und Ordnung* der Handwercher und Dienſtvolk der niderefterreichiſchen Lande. fol. 2. wir *Ferdinand.* — finit fol. 11. lin 20. geben in unnſer Stat *Wienn* am erſsten Tag des Monats Aprilis nach Chriſti Geburdt. Funfzehnhundert und Siben und zwanziſten unſerer Reiche im erſsten Jaren. Char. grand. foll. 11. non num. lin. 22. fol. ult. Ex *collect. Herbitziana.*

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 350. n. 364.

MDXXVIII.

294. — *Etlich Sermon*, von den acht Seligkeiten. Gepredigt in den hohen Stift zu *Speyer* auf dem Reichstag, durch Doctor *Johann Fabri*. Haec in fronte. fol. 1. a. cum limbo solito *Syngrenii*. — fol. 2. a. Erste Predig. — finit fol. 33. lin. 30. gedrukt zu *Wien* in *Oesterreich* durch *Hanns Singriener* anno domini 1528. Char. grandis cum citat. marginalibus foll. 30. non num. lin. 31. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 274. n. 287.

295. — Die *Ursachen*, warum sich der Churfürst von *Sachsen* und Land Graf zu *Hessen* in Rüstigung begeben, und Entschuldigung Kunig *Ferdinanden* und ander etlichen Fürsten von wegen der vermaindten Verpündtnus, die allain erdicht, die Stende im Reich wider obbemelth Kn. Ma. zu verhetzen, und seine Unterthanen in Ungehorsam und Aufruer zu bewegenn, MDXXVIII. Haec in fronte — fol. 1. a. — eod. f. b. littera ducis *Saxoniae:* cum inscriptione: zu seiner Lieb aigenen Handen. Sequuntur adjuncta finit fol. 28. lin. 28. Gedrukt zu *Wien* in *Oesterreich* durch *Hieronymum Victor*. — appendix ad instar sequitur fol. 28. b. designatio adjunctorum incompleta. Char. grand. foll. 28. non num. l. 35. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 279. n. 292.

296. — *Elementale Geometricum* ex *Euclidis* Geometria a *Johanne Voegelin* Haylpronnensi Collega civilis collegii Viennensis ad omnium Mathematicos candidatorum utilitatem decerptum. — *Brassicani* Tetrastichon. — excusum in aedibus *Joannis Singrenii* anno MDXXVIII. cum gratia et privilegio regiae Majestatis. Haec fol. 1. a. — eodem fol. b. dedicatio ad *Gr. Tannstetter*. — sequitur elementale geometricum. — finit fol. 18. lin. 30. prae-

positione octava. Argumenta in char. grandis. probationes majusc. figurae ad marginem. foll. 18. non num. lin. 30. fol. ult. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 268. n. 284.

297. — Etliche Sermon von Doktor *Johann Fabri* gepredigt wider die gottlosen Wiedertäufer zu Znaym auf dem Landtag der Marggraffschaft *Merhern* im Monat April 1528. Haec in fronte fol. 1. a. — eodem b. incipit oratio. ad finem fol. 24. lin. 9. Gedruckt zu *Wien* in *Oesterreich* durch *Hans Singriener* mit Kü. Ma. zu *Hungarn* und *Behaym* Gnad und Privilegien. Char. grand. 24. foll. non num. lin. 32. in frontispicio insigne *Singrenii* 4.

Denisius in der Buchdruckergeschichte Wiens, 274. n. 287. *Fabrum* duabus vicibus anno 1528. Viennae fuisse asserit; attamen hos sermones contra Anapaptistas habitos non indicat.

298. — In felicissimum puerperium serenissimae D. *Annae Ungariae* ac *Boemiae Reginae* etc. invictissimi regis *Ferdinandi* etc. conjugis cariss. *Joannis Alexandri Brassicani Idyllion* — reverendiss. ac illustrissimi principi *Bernhardo* episcopo Tridentino, ac regio cancellario summo nominatim inscriptum. Haec in fronte fol. 1. a. — eodem b. *Brassicani Joan Alex.* comendatitia elegia ad *Jo. Giess* episcopum tridentinum. — sequitur Idylion — finit fol. 4. a. lin. 21. — *Hieronymus Victor* typographus regius, *Viennae Austriae* excudebat anno a nato Christo MDXXVIII. mensis Julii die XIII. Char. grandis et elegans foll. 4. non num. lin. 28. cum spatiis interjectis. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 263. n. 281.

299. — *Etliche Sermonn* von dem hochwürdigen Sacrament, warees Leib, und plut Christi gepredigt zu Prag in Behem auff sandt wenzelberg durch Doctor *Johann Fabri* auf die Osterliche Zeyt. Anno 1528. Haec in fronte. cum limbo et monogramate *Singrenii* — fol. 1. b. erste Predigt. finit fol. 47. lin. 27. post tabulam erratorum. Gedruckt zu *Wienn* in *Oesterreich* durch *Johans Singryener* — den ersten Tag Julii anno domini 1528. Char. grand. fol. non num. 47. lin. 31. cum cit. margin. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 266. n. 282.

300. — Divi *Virgilii* martyris episcopi tridentini opus ut vetustum, ita quoque celeberrimum, contra *Eutychen* aliosque haereticos, qui impie Christum solum hominem nec deum profitentur, hactenus desideratum a doctissimis; quod et hoc saeculum tales impudentes homines protulerit, proderit nostrae aetate quoque plurimum. *Viennae Pannoniae* in aedibus *Singrenii* excusum 1528. Haec in fronte fol. 1. — eod. fol. b. *Caspari Churerii.* epistola dedicatoria ad Bernh. *de Gles* episcopum tridentinum et cancellarium regalem — dein divi *Vigilii* vita ex annalibus excerpta *Caspare Churerio* authore. — divi *Vigilii.* contra *Eutyceten* libri quinque. — Epistola *Vigilii* ad *Simplicianum* — finit fol. 51. b. lin. 12. cum locutione *D. Vigilii.* disticha quatuor. Char. grandis et elegans. foll. 51. num lin. 29. cum citat. margin. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 278. n. 291.

301. — *a. Des durchlauchtigsten grossmächtigsten Fürsten* und *Herrn Herren Ferdinanden. Zw. Hungern* und *Behaim* etc. Künigen — *Polizey Ordnung* und *Satzung* Ihrer Ku. Majestät Stat *Wien*: auf die Handwerchsleut daselbst von newen aufgericht: gegeben und publicieret am Zhinztag den Newzehennden

Decembris anno 1527. Mit Ku. Ma. zu *Hungern* und *Behaim* etc. Gnad und Privilegien zw. *Wien* gedrukht. finit fol. 49. lin. 27. geben in unserm Schloss Gran am fünften Tag des Monats Decembris unsers lieben Herrn Geburde fünfzehnhundert und im Siben und zwanzigsten. — Index. beyder Theile der Verordnung — Gedrukht zu *Wienn* in *Oesterreich* durch *Hannsen Singriener* am 28. Tag. Jannuarii anno domini 1528. Char. grand. foll. 53. num. lin. 17. fol. primi f. Ex *collect. Herbitziana.*

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 274. n. 288.

301. — *b.* Hoc in libello haec continentur *Monosticha* regum *Italiae* Albanorum, Romanorum et virorum illustrium tum caesarum usque ad nostram aetatem Monosticha summorum pontificum rom. a *Petro* usque ad *Clementem* septimum *Caesare Ursino Velio* authore. — Ejusdem carmen ad *Adrianum* sextum Pont. Maximum. — adjuncta sunt praeterea epigramata quaedam selectoriae. Haec in fronte. — fol. 1. a. — finit fol. 20. lin. 20. excusum *Viennae Austriae* per *Ioan. Singrenium.* Anno MDXXVIII. cum gratia et privilegio regiae Majestatis. Char. grandis et venustus. foll. 20. lin. 29. cum notis marg. minusculis 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 269. n. 285.

MDXXXII.

302. — *Sermones consolatorii* reverendissimi in Christo patris ac domini domini *Iohannis Fabri* episcopi viennensis habiti ad plebem ejus ac Christi milites, super immanissimi Turcorum Tyranni, altera imminenti obsidione inclytae urbis viennensis anno a nato *Iesu* MDXXXII. *Viennae Austriae* in aedibus *Ioan. Singrenii.* Haec in fronte fol. 1. a. — eodem fol. b. dedicatoria epistola ad dominum *Bernardum* cardinalem et episcopum

Tridentinum — fol. 3. — Sermones fol. 132. b. sermo ultimus 37. — — author ad lectorem. — Index — finit fol. 134. lin. 15. impressum et finitum *Viennae Pannoniae* superioris per *Ioannem Singrenium* ultima die mensis Septembris, quo serenissimus ac invictissimus *Caesar Carolus* hujus nominis *quintus* ac gloriosissimus Romanorum, *Hungariae Bohemiaeque* etc. rex *Ferdinandus* cum potentissimo Germanorum Hispanorum, Italorum, Hungarorum, Bohemorum, atque aliarum nationum exercitu intra et extra urbis viennensis moenia in occursum Truculentissimi Turcorum tyranni convenerant. Anno a Christo nato 1532. Char. grandis cit. margin. foll. 134. num. lin. 29. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 369. n. 382.

MDXXXIII.

303. — *Sermones Johannis Fabri* episcopi viennensis pro sacrosancto *Eucharistiae* sacramento, sub typo Archae foederis et mannae de coelo. Habiti *Viennae* anno domini MDXXXII. — Tetrastichon *Jo. Rosini.* — excusum *Viennae Pannoniae* in aedibus *Joannis Singrenii.* Anno domini MDXXX. — dedicatio ad *Sigismundum* regem *Poloniae* ab anno 1533. Sequuntur sermones 59. — ad finem index sermonum. *Viennae Austriae* excudebat *Ioannes Singrenius* anno MDXXXIII. Char. grand. foll. 187. num. cum summariis marginalibus lin. 29. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 382. n. 364.

MDXXXVII.

304. — *Oratio* de dulcissimo puero *Jesu* et gemina ipsius admirabili nativitate *Viennae Austriae* in natalis domini festo per

Iohannem Gaudentium theologiae doctorem habita anno falutis noftrae millefimo quingentefimo XXXVI. Joan. v. verbum caro factum eft etc. — ex officina typographica *Ioannis Singrenii* anno MDXXXVII. menfe Februario. Haec in fronte: — fol. 2. a. dedicatio ad epifcop. Tridentinum. — fol. 5. Oratio ipfa. — finit fol. 15. lin. 25. his verfibus:

Det pacem, mala cuncta procul morbosque famemque
Pellat et hoftiles det fuperare manus.

dixi. — Char. grand. foll. 15. non num. lin. 30. 4.

Denifii Buchdruckergefchichte Wiens, p. 381. n. 399.

305. — *Friderici Naufeae Blanicampiani* facrae theologiae et l. l. doct. gloriofiffimi romanorum etc. regis *Ferdinandi* a facris ftudiis et confiliis *Homiliatica* pro falutatione angelica adverfus Schismaticos apologia. *Viennae Auftriae* per *Ioannem Singrenium* MDXXXVII. Haec fol. 1. a. — Dedicatio ad *Georgium* ducem *Saxoniae* — Praefatio in ipfam apologiam fol. 8. a. incipit apologia — fol. 20. lin. 22. Τέλος. Char. grandis et elegans. foll. 22. non fign. lin. 29. cum notis marg. 4.

Denifii Buchdruckergefchichte Wiens. p. 384. n. 401.

306. — Oratio in facrae Theologiae laudem per *D. Ioannem Gaudentium* ad auditores, pro felici lectionum aufpicio habita: Anno falutis noftrae millefimo quingentefimo tricefimo fexto. — de vulgata folius fidei queftione, thefes aliquot, quibus compendio perftringitur juftitia impii, et peccatoris: et an hoc fidei aut operibus fit tribuendum. *Viennae Auftriae* ex officina typographica *Ioannis Singrenii* anno MDXXXVII. menfe Martio. Haec in fronte. fol. 1. a. — dedicatio ad epifcopum *Fabri* — fol. 3. b. —

oratio finit fol. 20. a. lin. 25. constringi possint. — Char. grandis et nitidus. cum notis marginalibus. foll. 20. lin. 30. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 383. n. 400.

MDXL.

307. — 1 . 5 . 40 . wie man sich zu Zeiten der Pestilenz fürsehen und erhalten mög. — Hieremie XVIII. mit Römischer Chü. Ma. etc. Gnad und Privilegien. Haec in fronte. — finit fol. 16. lin. 21. Gedrukht zu Wienn in Oesterreich unnder der Enns durch *Hannsen Singrüner*, im Jar. 1540. Char. grandis foll. 16. non num. lin. 29. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 398. n. 416.

MDXLI.

308. — *Moldaviae*, quae olim *Daciae* pars, chorographia *Georgio* a *Reicherstorff* transylvano etc. auctore. — excusum *Viennae Pannoniae* per *Ioannem Singrenium* MDXLI. Haec in fronte. fol. 1. a. — eodem b. *Icon Harpokratis* armati et supra columnam stantis: — clypeo litterae. DCL. inscriptae. — Sequitur dedicatoria epistola *Reicherstorferi* — fol. 9. lin. 23. Τέλος. — fol. seq. insigne *Reicherstorferi* cum lit. G. R. — Char. grandis. foll. 10. lin. 30. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens. p. 399. n. 418.

MDXLII.

309. — *Römischer* zu *Hungern* und *Behaim* etc. Küniglicher Mayestät Erzherzogen zu *Oesterreich* etc. *Ordnung* und *Refor-*

mation gutter *Polizey* in derselben Nideroesterreichischen Landen anno MDXXXXII. aufgericht. cum b. insignibus. *Austriae* superioris et inferioris, *Styriae*, *Carinthiae*, *Carniole et Goriziae*. — dein — mit Rő. Ku. Ma. Gnad, und Privilegien. Zu *Wien*. *Hanns Singryner*. Haec in fronte. — fol. 1. textus ordinationis — finit fol. 21. lin. 25. geben und geschehen in unnser Statt *Wienn*, den ersten Tag des Monats Junii nach Christi unnsers Herrn Geburt gezelt fünfzehen hundert zwey und vierzig. — subscriptus. G. *Gienger* D. Vicekanzler. H. *Weisperger*. cum adjuncto registro privilegii *Ferdinandei* ab 1540. Char. grand. foll. 21. non num. lin. 37. f. *Ex collect. Herbitziana*.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 646. n. 689.

MDXLIII.

310. — *Eine schöne kurze und christliche Comedi* von dem Plintgebornen Sonn. Joan. 9. allen Christen nützlich zu lesen. Durch *Wolfgangum Schmelzl*. 1543. gedrukt zu *Wienn* durch *Hans Singriener*. Haec in fronte — fol. 1. eod. fol. b. dedicatoria epist. ad praepos. Claustroneoburgensem. — dein comedia ipsa. — finit fol. 11. lin. 9.

Verzeih o Herr das vorig leben
zu Pesserung wolst dein Gnad auch geben.
hinfür dein heiliger Nam geert
Und Wien nie wer in Wein verkerrt.

Char. grand. foll. 11. non num. lin. 9. in titulo 8.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 410. n. 426.

MDXLV.

311. — *Tripartitum opus. Juris consuetudinarii incliti regni Hungariae*. Per spectabilem et magnificum dominum *Steph.*

Werbewtz, personalis praesentiae regiae Majestatis olim locum tenentem, accuratissime editum; accessit index titulorum perquam diligentissimus. Summa cum diligentia castigatum ac novissime impressum. *Viennae Pannoniae* per *Ioann. Singrenium typographum*. Anno reparatae salutis MDXLV. cum gratia et privilegio. Haec in fronte: fol. 1. — dedicatio ad Primatem *Paulum de Warda*. — *Stephan. de Werbewech* epistola. — Approbatio *Ladislai* regis. — *Werbeczii* epist. commendatitia — index. — incipit fol. 1. ipsum opus. — finit fol. 108. a. lin. 28. cum epigramate *Bekenii* in *Ardaliones et Zoilum*:

Post cineresque tuos frondes, quod in arbore cernis.
Plutonis poenas tot tibi regna parent.

Annus impressionis p. 3. ex *Singrenii* subscriptione dedicationis praesummitur: ubi finit ex *Viennae Pannoniae*. quinto Calend. Julias. MDXLV. Char. grand. foll. 108. num. lin. 36. fol. ult. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 417. n. 483.

MDXLVII.

312. — *Fragmentum Vaticinii* cujusdam (ut conjicitur) *Methodii* episcopi ecclesiae paterenis et martyris Christi a *Vuolfgango Lazio* viennensi medico et philosopho repertum et vice prognostici cujusdam ad annos futuros, piis in consolationem evulgatum, cujus et scholiis argumento, historiarumque collectione illustratum est, — ejusdem scholia et argumentum in VIII. *Daniel.* et XI. *Esdrae.* lib. III. Haec in fronte fol. 1. — infra tres citationes ex *Esaia*, *Paulo*, et *Brigitta*. — dedicatio ad Max. *Beckium a Leopoldsdorf* cancellarium. — argumentum in vatem praesentem cum historiarum collectione, quae juxta vaticinium praesens evenere ordine, authore *Wolfgango Lazio*. — finit *Viennae Austriae*.

haeredes Syngrenii excudebant. Anno salutis MDXLVII. Char. partim majusc. partim minusc. foll. 45. non sign. cum glossis marginalibus lin. 39. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 426. n. 442.

MDXLVIII.

313. — *Philaemus*, tragedia nova non minus pia quam erudita authore *Joanne Praesino. Viennae* in aedibus *Singrenianis*. MDXLVIII. Haec in fronte. fol. 1. a. — fol. eod. b. dedicatio *Wolfgangi Schmetzl* — fol. 3. incipit tragedia. — finit fol. 31. a. lin. 8. *Viennae Austriae* excudebant *haeredes Singrenii*. Char. curs. cum epigr. fol. 31. lin. 8. in titulo 8. Ex *collect. Herbitziana*.

Denisii Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens, p. 66. n. 785.

314. — *Concio de puero Jesu*, pronunciata a puero in schola coletica nuper instituta *Londini*. à *Erasmo Roterodamo* autore. cum duobus versibus. *Viennae Pannoniae* excudebant *Joannes Carbo* et *Egidius Aquila* anno MDXXXXVIII. Haec in fronte. — p. 2. dedicatio in versibus *Guilielmo Stephano* et *Georgio* ab *Entzing* fratribus germanis S. Solidus S. D. — dein concio. — finit fol. ult. 16. lin. 18. hi a vigilantium animis nunquam discedat — perpetuum cum illo triumphum agamus in coelis. dixi. Char. minusc. foll. 16. non num. lin. 24. fol. ult. 8.

Denisii Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens, p. 64. n. 783.

315. — *Psalmodiae Davidis* prophetae regii septem, quas *penitentiales* vocant, carmine elegiaco redditae, per *Sebastianum Solidum Guntianum, Viennae Pannoniae Joannes Carbo* et *Egi-*

dius Aquila edebant. Anno 1548. men. Decemb. Haec in fronte. fol. 1. a. — dedicatio elegiaca — Psalmus VI. finit p. penult. cum Psalmo CXLIII. Char. mon. foll. 8. non num. lin. 22. fol. ult. 8.

Denisii Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens, p. 65. n. 784.

MDXLIX.

316. — *Reformation* und Ernewerung der Landgerichtsordnung so weilendt Kaiser *Maximilian* hochlöblichen Gedechtniss im Erzherzogthumb *Oesterrejch* und der *Enns* aufgericht hat, mit Rö. Chunigklicher Majestät Gnad und Privilegien. Gedrukt *Wien* durch *Matheum* und *Johannem Singriener* 1549. Haec in fronte fol. 1. — incipit reform. fol. 2. a. — finit fol. 7. b. lin. 26. geben in unser Statt *Wienn* den zwelften Tag Januarii nach Christi Geburt, fünfzehnhundert und im vierzigsten unserer Reiche etc. ad mandatum domini regis propium. Char. grandis. foll. 7. non num. lin. 36. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 440. n. 455.

MDL.

317. — *Liber praedicatorum Aristotelis* summa diligentia in usum studiosorum dialectices excusus. *Viennae Austriae* Typis *Egidii Aquilae* in curia sanctae *Annae* 1550. cum privilegio caesareo. Haec in fronte. fol. 1. — fol. 2. a. incipit liber predicatorum. — ad finem fol. 18. lin. 26. omnes fere sunt ennumerati — fol. eodem b. *Viennae Austriae* excudebat *Egidius Aquila* anno salutis 1550. Char. curs. et eleg. foll. 18. num. lin. 28. cum notis marg. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 448. n. 463.

318. — *Argumenta* in duas comoedias *Terrentii* scripta à. M. *Sebastiano Praesticeno*: — Insigne typographi — *Viennae* ex officina typographica *Joan Carbonis*. 1550. Haec in fronte — fol. 1. Praefatio. — fol. 2. b. de utilitate lectionis scriptorum *Terentii*. fol. 3. Argumentum prologi *Andriae* etc. Annexa praeterea sunt 8. disticha *Georgii Moseri* et dein aliud carmen de symphonia. — — Pridie iduum Decembris anni 48. — finit f. ult. lin. 8. adhucdum *Viennae Austriae* ex officina typographica *Ioannis Carbonis*. Char. curs. foll. 27. non num. lin. 25. 8.

Denisii Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens, p. 68. n. 786.

319. — *Porphyrii Phoenicis* Isagoge in dialecticen quinque universalium naturam, proprietates ac communitates compendiose explicans infra: in usum et utilitatem dialectices in melyta universitate viennensi, excusa typis *Egidi Aquilae*. impensis *Ioannis Lieb* Bibliopolae anno MDL. Haec in fronte — fol. 2. incipit Isagoge — finit fol. 12. a. — Dein eodem b. *Viennae Austriae* excudebat *Egidius Aquila*. Char. majusc. elegans. foll. 12. non num. lin. 29. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 448. n. 462.

MDLI.

320. — *Aristotelis Stagiritae Perihermanias* Libri II. *Viennae Austriae* in usum studiosorum dialectices excusi typis *Egidii Aquilae* MDLI. cum privilegio. Haec in fronte: fol. 1. a. — fol. 2. incipit liber *Peri-Hermenias*. — finit fol. 14. lin. 29. — Char. grand. elegans. foll. 14. non sign. lin. 28. cum notis margin. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 483. n. 943.

321. — *Aristotelis Stagiritae* priorum analiticorum libri II. *Viennae Austriae* in usum theologorum dialectices excusi typis *Egidii Aquilae* MDLI. cum privil. caesareo: Haec in fronte. fol. 1. a. — fol. incipit liber priorum analiticorum. — finit. fol. 50. lin. 9. non esset unius signum. — Char. grand. et venust. foll. 50. non num. lin. 28. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 403. n. 491.

322. — *Friderici Nauseae Blancicampiani*, episcopi viennensis de domini nostri *Jesu Christi* et novissima omnium mortuorum resurrectione libri III. *Viennae Austriae* excudebat *Egidius Aquila* A. MDLI. dedicatio ad episcopum Pataviensem *Wolfgangum de Salm.* — ex arce mea episcopali apud S. *Vitum* supra *Viennam* XII. Martii die anni salutis humanae MDLI. Haec in fronte — fol. 1. index capitum: — ad finem fol. 41. lin. 14. ego intellexi, quod omnium operum dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quae fiunt sub sole, et quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniet. — Char. grandis et splendidus. cum citat. marginal. foll. 41. lin. 28. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 483. n. 470.

MDLII.

323. — *Römischer* zu *Hungern* und *Behaim* etc. königlicher Majestät: Erzherzogen zu *Oesterreich* etc. *Ordnung* und *Reformation guter Policey*, in derselben fünf niederösterreichischen Landen und fürstlichen Grafschaft *Görz* aufgerichtet und erneuert anno 1522. etc. Gedruckt zu *Wienn* in *Oesterreich* durch *Johannem Syngriener* anno MDLII. finit fol. 40. lin. 27. ad man-

datum domini regis proprium. *I. Jonas D.* Vicekanzler. — a. *Wagner.* Char. grandis. cum 40. foll. num. lin. 39. fol. 1. 4.

Denisi Buchdruckergeschichte Wiens, p. 496. n. 510.

324. — *Aristotelis Stagiritae* posteriorum analiticorum libri II. *Viennae Austriae* in usum studiosorum dialectices excusi typis *Egidii Aquilae* MDLII. cum privilegio. Haec in fronte. — fol. 2. incipit ipse liber post. anal. — finit fol. 47. lin. 19. scientia autem ad rem omnem sese habent similiter. — Char. grand. et elegans. foll. 47. non num. cum glossis margin. lin. 29. 4.

Denisi Buchdruckergeschichte Wiens, p. 496. n. 509.

MDLIII.

325. — *Aristotelis Stagiritae Topicorum* libri octo. *Viennae Austriae* in usum studiosorum dialectices excusi typis *Michaelis Zimmermani* cum gratia et privilegio rom. reg. Maj. MDLIII. Haec in fronte. — fol. 1. a. — sequuntur fol. 2. liber primus topicorum — ad finem foll. 103. lin. 25. finis octavi topicorum *Aristotelis.* Char. grand. foll. 103. non num. glossae margin. lin. 29. 4.

Denisi Buchdruckergeschichte Wiens, p. 507. n. 525.

326. — *Aristotelis Stargiritae Elenchorum* libri II. *Viennae Austriae* in usum studiosorum dialectices excusi typis *Michaelis Zimmermanni.* cum gratia et privilegio R. Reg. Maj. MDLIII. Haec in fronte fol. 1. a. — Sequuntur fol. 2. ipsi libri elenchorum. — finit fol. 34. lin. 27. inventis autem multas habere gratias. Char. grand. foll. 27. lin. 29. 4.

Denisi Buchdruckergeschichte Wiens, p. 507. n. 526.

327. — *a. Liber sacrosancti Evangelii de Jesu Christo* domino et deo nostro. Reliqua hoc codice comprehensa pagina proxima indicabit. Divi *Ferdinandi* Rom. Imperatoris designati jussu et liberalitate, characteribus et lingua Syra, *Jesu Christo* vernacula, divino ipsius ore consecrata et a *Joh. Evangelista* hebraica dicta scriptoris prelo diligenter expressa. — in fine: in urbe *Vienna* amplissimarum orientalis *Austriae* provinciarum metropoli florentissima ad hunc exitum perductum est divinum hoc opus. Anno a nativitate MDLVXX. Septembris. Regiis impensis. *Caspar Craphtus Elvangensis* suevus characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat. *Michael Cimbermannus* prelo et operis suis excudebat. Char. subtil. et elegans. fol. 293. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 503. n. 541. — *Schierus* l. c. p. 39.

MDLVI.

327. — *b. Neue Hilff* und *Bewilligung* der Röm. K. Mt. — von der Landschaft des Erzherzogthumbs *Oesterreich* unnder der *Enns*, auf der Tausent fünfhundert und Siben und fünfzigst. Jar, neben anderer Irer Hilf Irer Mt. und dem Vaterlande zu Nutz und Wolfart gehorsamlich bewilligt. Haec in fronte — fol. 1. a. — fol. 2. incipit ordinatio. — finit fol. 4. lin. 31. Gedrukht zu *Wien* den zehenden Tag Novembris. Anno 15. im Sechs und funfzigsten. Char. grand. foll. 4. lin. 32. fol. ult. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, b. 2. p. 530. n. 552.

328. — *Romischer* auch zu *Hungern* und *Beheim* etc. Khünigklicher Majestät Erzherzogen zu *Oesterreich neue Münzordnung*. Samt Valvierung der Gulden und Silbern Münzen, und dar-

auf erfolgtem Edikt zu *Wienn* alles im Jar. MDLII. aufgericht und ausgangen. Insigne Caesareum: cum gratia et privilegio rom. regiae majest. Gedrukt zu *Wien* in Oesterreich durch *Hans Singriener*. 1556. Haec in fronte — fol. 2. Wir *Ferdinand*. finit fol. 27. lin. 28. einander verzäichnet. — Huic ordinationi monetariae adjectae sunt monetae tam argenteae quam aureae ligno eleganter incisae, annexis etiam monetis 20. 12. 10. 6. 3. et 1. crucigeri — fol. 30. geben in unser Stat *Wien* am ersten Tag des Monats Aprilis unsers lieben Herrn Gepurt, fünfzehnhundert und im zway und zwanzigsten und der andern im Sechs und zwanzigsten Jare. Char. grandis cum foll. 30. non num. lin. 32. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 509. n. 551.

MDLVII.

329. — *M. Tullii Ciceronis Oratio pro Milone*: — Haec in fronte. fol. 1. — infra *Viennae Austriae* excudebat *Michael Zimmermann*. Anno MDLVII. — fol. 2. a. — oratio ipsa. — fol. 31. b. lin. 9. finis. — Char. majusc. cursivus. foll. 31. non num. lin. 26. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, T. 2. p. 541. n. 562.

330. — *Occulta occultorum*. Occulta *Pauli Skalich* de *Likâ* philosophiae ac theologiae doctoris, sacrae Ro. *Hung*. *Boe*. etc. regiae majestatis capellani * *Esdrae*. — Perfectis quaedam palam facies, quaedam sapientibus absconsè trades: — excudebat *Michael Zimmermann* MDLVI. Haec in fronte. — p. 2. sequuntur duo disticha in invidiam.

qui haec non assequeris, ne foedis excipe sannis
est stolidi, ignotos carpere velle lares.
qui verò dubitas, quasi non sim certa locutus
Adsis, solventur scrupea cuncta tibi.

p. 3. dedicatio autoris ad potentiss. imperatorem *Ferdinandum*. P. S. de secreto, cujus non est simile. cap. 1. finit p. 98. capite ult. de canone omnium canonum. lin. 22. Char. grandis. elegans cum pag. 98. num. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 536. n. 557. in praefatione hujus praestantissimi opusculi auctor asserit: primorum sapientum intentionem eam semper fuisse, ne margaritas veluti glandes projicerent, sed discretis et ingeniosis tantum proponerent.

MDLVIII.

331. — *Triumphus* D. *Ferdinando I.* Ro. Imperatori invictiss. P. P. augustiss. Archigymnasii viennensis nomine pro felicibus imperii auspiciis renunciatus. Per D. *Georg Eder* J. U. D. Caes. S. Majestatis consiliarium et pro tempore rectorem. — ad eundem panegyrica aliquot doctissimorum hominum carmina, ejusdem scholae nomine etc. *Viennae Austriae* excudebat *Raphael Hofhalter* anno MDLVIII. Haec in fronte fol. 1. a. — eodem. fol. b. nomina autorum fol. 2. epigramata — fol. 3. *Triumphus* — fol. 74. lin. 5. finis. Char. grandis et splend. foll. 74. non num. lin. 26. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 559. n. 590. Haec, quae in conclusione hujus orationis afferuntur, pariter praesenti rerum publicarum faciei vix non correspondent; cum in tanta (dicit auctor) oberremus omnium rerum confusione, in tanta religionis perturbatione, ubi tot fere sunt fides, quot non tantum nationes, non civitates, non domus, non familiae, sed quot omnino sunt capita: nec fere

satis constare possit, quod quisque cedere debeat; in tanta non ethnicorum modo, sed Christianorum etiam, tam principum, quam subditorum discordia, ut nec hospes sit ab hospite tutus; in tanta necessitate, in qua omnes de salute sua desperare videntur, summam rogemus tuam potentiam etc. — non absonum adeoque erit, hic observare, mundum semper quasi iisdem calamitatibus premi.

MDLIX.

332. — *Austriados* libri quatuor ad invictissimum Rom. Imperatorem *Ferdinandum* primum et serenissimum *Bohemiae* regem D. *Maximilianum* suae majest. filium carmine heroico descripti, et approbati a magnifico viro D. *Georgio Edero* etc. quod poema inscribitur *Oraculum*. per *Rocchum Bonnium Tulmetinus*. *Viennae Austriae* excudebat *Michael Zimmermann*. Anno 1559. Haec in fronte fol. 1. a. — fol. 2. *Rocchii Tulmeltini* epistola dedicationis. — fol. 4. Argumentum. — fol. 5. Austriados libri. — finiunt fol. 34. b. lin. 1. cum epigramate in laudem *Ederi* Char. grand. et venust. foll. 34. lin. 28. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 585. u. 616.

MDLX.

333. — *Römischer Kayserlicher* auch zu *Hungarn* und *Behaim* etc. Khü. May. etc. Erzherzogen zu *Oesterreich*. *Newe Münzordnung* Samt Valvierung der Gulden und Silbermünzen, und darauf erfolgtem Edickt, zu *Wienn* alles im Jahr MDLX. auffgericht und ausgangen mit Röm. Khay. May. etc. Gnad und Privilegien gedruckt zu *Wienn* in *Oesterreich* durch *Michael Zimmermann* im *St. Annen Hof*. Anno MDLX. Haec in fronte — wir Ferdinand etc. — finit fol. 33. b. lin. 11. ad mandatum

domini electi imperatoris proprium *Ludwig Peer*. Char. grand. foll. 33. num. lin. 30. f.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 600. n. 634.

334. — *C. Plinii secundi Naturalis historiae liber VII. Viennae Austriae* excudebat *Raphael Hofhalter* A. MDLX. Haec in fronte cum monogramate typographi. — fol. 1. incipiunt *C. Plinii secundi* libri septem. — finiunt fol. 60. b. lin. 6. tamdiu populi romani indiscreta lux fuit. nunc revertamur ad animalia, primumque terrestria. — Char. majusc. foll. sign. 60. lin. 31. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 610. n. 654.

Finis Sectionis tertiae.

SECTIO QUARTA.

IN QUA

ACCESSIONES ORIGINUM

TYPOGRAPHICARUM VINDOBONENSIUM

ANNI NOTA DESTITUTAE

DESCRIBUNTUR.

SECTIO QUARTA.

SINE NOTA ANNI.

335. — *Platonis* divini revera philofophi, Academiae fectae olim judicio principis dialogus adprime feftivus et elegans de philofophia atque ejus amatoribus, quem latinitate donavit *Marsilius Ficinus* nuper fcorfum pro ftudiofis impreffus. — infra *Udalricus Faber* ad lectorem. Haec in fronte. fol. 1. a. — eodem fol. b. ejusdem commendatitia ad *Chriftophorum Kluber* — fol. 2. Dialogus *Platonis*. — poft dialogum ode diocolos tetraftrophos philofophiae, atque *gymnafii viennenfis* encomium. — finit fol. 8. lin. 41. impreffum *Viennae* per *Hieron. Vietorem*. Char. grandis et fplendidus. — Ode in minufc. — foll. 8. non fign. lin. 41. fol. ult. 4.

Denis Buchdruckergefchichte Wiens, p. 321. n. 337.

336. — *Stephani Taurini Olomuc. Stauromachia*, id eft, cruciatorum fervile bellum, quod anno ab orbe redempto poft fesquimilefimum quarto decimo et *Pannoniam* et collimitaneas provincias valde miferabiliter depopulaverat. In quinque libros fummatim digeftum. — Ejusdem index eorum; quae in hoc opere vi-

ſa ſunt annotatu digniora. cum effigie *Georgii Zekelii* ſeu *Doſae* deformiter ligno inciſa. Haec omnia in fronte. pag. 2. a. — Epiſtola dedic. ad *Georgium Brandeburgicum.* — p. 8. Epigramata. fol. 1. incipit hiſtoria. ad calcem fol. 38. lin. 34. Tempus hominibus coricula. — poſt indicem abecedarium. — impreſſum *Viennae Pannoniae* per *Joannem Singrenium.* — finit. per epiſtolam *Stephani Taurini* Albae Juliae pridie nona 4. Martii anno graciae. MDXIX. Caract. grandis foll. 38. num. lin. 31. fol. ult. 4.

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens. p. 329. n. 341.

337. — *Andreae Stiborii Boii* theologi et mathematici et *Georgii Tannſtetter* collimitii phiſici et mathematici, ſuper requiſitione ſanctiſſimi *Leonis Papae X.* et divi *Maximiliani* Imp. P. f. Aug. de romani calendarii correctione conſilium in florentiſſimo ſtudio *Viennenſi Auſtriae* conſcriptum et editum. Haec in fronte: fol. 1. b. dedicatio ad Cardinalem *Matheum Langium* epiſcopum Gurcenſem et coad. Salisburgenſem. — fol. 2. b. Reſcriptum caeſareum. — fol. 3. a. conſilium. — finit 9. a. lin. 34. *Joannes Singrenius* impreſſit *Viennae* expenſis ſuis. — Aquila magna caeſarea cum imperatoriae majeſtatis gratia et privilegio. Char. majuſc. foll. 9. non ſign. lin. 40. 4.

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 316. n. 330.

338. — *Oratio* ad reverendiſſimum in Chriſto patrem ac illuſtriſſimum principem et dominum, dominum *Matheum* ſacroſanctae romanae eccleſiae tituli *ſancti Angeli* cardinalem Gurcenſem, coadjutorem et ſucceſſorem Salisburgenſem ac ſacratiſſimae caeſareae Majeſtatis locumtenentem etc. in congratulatione adventus, nomine florentiſſime univerſitatis *Viennae Pannoniae* per *Sebaſtianum Winderl* inibi collegiatum collegii principis in frequenti

et in magna procerum ac litteratorum hominum praesentia tumultuariae habita. Haec in fronte — fol. 1. b. dedicatio oratoris ad *Gregorium* de *Summer* de *Cubito.* — fol. 2. oratio ipsa. — ad finem: dicta oratio sexta Kalendas Martii 1515. — impressa vero per *Hieronymum Vietorem*, quam accuratissime. Char. grandis foll. 6. lin. 30. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens. p. 315. n. 329. notatu digna hic a *Denisio* observatio contra Italico affertur, qui palmam in oratoria arte sibi solummodo competere praetendunt.

339. — *Sententia* contra *Joannem Vaesel* presbyterum Lutheranae religionis assertarem: lata in urbe *Viennensi Austriae*: ultima Septembris anno a Christo nata. MDXXIIII. — Widerruff Herr *Hans Uäsel* briester von der *Newenstat*, mit Urtail und recht aufgelegt, und erkannt zu *Wien* in *Oesterreich.* — Haec in fronte. — fol. 1. b. incipit sententia latine. cum 22. capitibus revocationis. — absque anno et loco impressionis. Char. grandis foll. 12. lin. 3. f. ult.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 343. n. 355.

340. — *Udalrici fabri Rheti* Aegloga cui nomen Ἀγροικὸς seu Κλαυθμός ποιμενικός, id est fletus pastoralis de morte *Maximiliani* Caesaris Aug. cunctis mortalibus graviter nec minus pie deploranda: duo disticha *Mart. Myllii* ad lectorem. Haec omnia limbo typographi inclusa videntur. — sequitur f. eod. b. epistola dedicatoria. f. 5. fletus pastoralis. — finit fol. 14. lin. 27. *Viennae* per *Joannem Singrenium*: insignia caesarea. Char. grandis et venustus. foll. 14. non num. lin. 28. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 84. n. 809.

341. — Römifcher Kayferlicher Majeftät etc. *Landgerichts-ordnung* des Erzherzogthums *Oefterreich* des Lanndts ob der *Enns* mit röm. kayf. May. Gnad und Privilegien gedrukt. *Wienn* in *Oefterreich* durch *Michael Zimmermann* im St. *Annen-Hof*. — Haec in fronte, cum infignibus Archiducum *Auftriae* fuperioribus coloreis. — p. 2. Wir *Ferdinand* von Gnaden, Erwelter Römifcher Kheyfer. — fol. 1. ob um Grund und Boden — Clagt müg werden. — finit fol. 27. b. lin. 11. Geben in unferer Stat *Wien* am Erften Tag des Monats Octobris. nach Chrifti unfers Säligmachers gepurt fünfzehundert und neun und funfzigften unferer Reiche des römifchen im neun und zwanzigften, und der andern im drey und dreyfsigften Jahr. etc. Char. grandis cum foll. num. 27. lin. 38. £

Denifii Buchdruckergefchichte Wiens, p. 682. n. 735.

342. — *Sententia* lata contra *Cafparum Thauber* civem Viennenfem olim Lutheranae religionis affertorem. — widerruef etlicher verdambter vertung mit Urtayl und recht aufgelegt und erkant zu *Wien* in Oefterreych. Haec in fronte fol. 1. a. — Sequitur fententia latine et germanice. — finit fol. 6. lin. 13. — unterfchrieben hab. Char. grandis. foll. 6. non lig. lin. lat. 32. — germ. 31. 4.

Denifii Buchdruckergefchichte Wiens. p. 344. n. 353. Judicium, quod *Denifius* de *Thaubero* fert, lectu dignum eft. V. etiam *Raupach* P. 1. p. 15. et in dilucidatione p. 30.

343. — *Libri octo* Phyficorum *Ariftotelis* per *Joannem Argyropylum* e greco in latinum traducti: infra *Joannis Camertis* ordinis minorum, theologorum minimi in nova *Ariftotelis* translationem epygrama. Difticha 6. in fronte. — fol. 1. b. *Wolfgan-*

gui Mosnauer liberalium artium magister theologo, et philosopho doctissimo *Joanni Camerti* S. P. d. — fol. 3. compendiosa *Aristotelis* vita etc. — fol. 5. liber phyficorum. — Tractatus quatuor. — fol. 88. lin. 20. phificorum *Aristotelis* liber octavus, et ultimus finit per *Joannem Argiropylum* accuratissime e graeco in latinum translatus. — *Viennae* impressum per *Jo. Winterburg*. Char. majusc. cum notis minusc. marginalibus, foll. 88. non num. lin. 34. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 309. n. 320.

344. — *Oratio* ad illustrissimam *Bonam Sfortiam*. Principem mediolanensem ducem *Bari* ac *Poloniae* serenissimam reginam per *Ludovicum Restionem* Vordinganum 14. Kalendas Aprilis anno 1518. in ejus adventu, universitatis Viennensis nomine in magno tum procerum, tum eruditorum consessu habita. — Tetrastichon in honorem sponsae. — Haec in fronte: fol. 1. a. — eod. fol. b. dedicatio *Joanni Conarsky* archidiacono cracoviensi *Poloniae* regis a secretis, et oratori ac litteratorum moecenati facta. — dein epigrama *Mathiae Paulini* in laudem auctoris in 7. distichis, quem praeceptorem suum appellat. — in fine. fol. 6. lin. 14. dixi die 19. Martis 1518. *Viennae Pannoniae* per *Joannem Singrenium* impressum. Char. grandis foll. 6. non fig. lin. 30. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 329. n. 340. varia in hac oratione obveniunt, quae tam genealogiam sponsae, quam historiam ejusdem aevi dillucidant, praesertim *Maximilianus I.* fundator hujus foederis, praedicatur.

345. — *Dialogus Xenophontis*, in quo non minus vere quam eleganter, quid inter privatam et tyrannicam vitam intersit, ostenditur. per *Leonardum Aretinum* traductus. — Haec in fronte — fol. 2. carmen privatae vitae laudes. — fol. 5. *Xenophonte Leo-*

nardi Aretini traductio de tyranide — finit fol. 12. lin. 28. impressum *Viennae* per *Joannem Winterburg*: Char. majusc. foll. 12. non num. lin. 34. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 303. n. 313.

346. — Pro Reverendissimo in Christo patre D. domino *Matheo Langio* episcopo Gurcensi sacrosanctae romanae ecclesiae cardinale, *Silvula* per *Rudolphum Agricolam* Rhetum Hydroburgium. Haec in fronte. — finit fol. 4. lin. 25. *Hieronymus Victor*, *Philovallis* calcographus reverendissimo cardinali se commendat *Viennae* 26. feb. Char. grandis et nitidus. foll. 4. lin. 26. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 315. n. 328.

347. — *Andreae Rapicii* Jurecon. Tergestini oratio de morte *Caroli*. quinti imperatoris Caesaris Aug. opt. max. *Viennae Austriae* excudebat *Hofhalter*. — fol. 2. dedicatio ad *Sigismundum Seldium* Caesar. Aug. ab arcanis consiliis directa. — f. 3. b. duo distticha graeca *Hieronymi Wolfii* Oettingensis in mortem imperatoris. — ad finem fol. 23. a. lin. 16. Hexastichon latinum praedicti *Wolfii* in laudem auctoris. Char. grandis et elegans: poesiae Char. min. cursivo. foll. 23. lin. 14. orat. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 683. n. 737.

348. — Der Stat *Wienn Ordnung* und *Freyhaiten*. mit F. D. Gnad und Privilegien. Zw. *Wien* gedruckt. — p. 2. *Ferdinand* v. Gots Genaden Prinz und Infant in *Spanien*. Haec in fronte — fol. 2. wir *Ferdinand*. — finit fol. 22. lin. 10. Geben in der Reichsstat *Augsburg* am zwelften Tag des Monats Martii nach *Christi* unsers Haylmachers Gepurde Fünfzehnhundert und im Sechs und

zwanzigsten Jaren. Char. grandis foll. 22. non sign. lin. 41. f. *Ex collect. Herbitziana.*

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 347. n. 360.

349. — *Oratio Wienne* habita in funere Imperatoris V. C. haec char. grandi: infra aquila caesarea minor. in fronte: — fol. 2. *Oratio* in funere *Friderici* tercii Romanorum Imperatoris *Vienne* habita per spectabilem virum D. *Bernhardum Perger* illic in consilio civium Viennensium pro invictissimo Romanorum Rege vice gerentem. finit — fol. 4. lin. 15. dixi impressum *Wienne.* Char. goth. minusculus. foll. 4. lin. 38. 4. Ex collect. *Herbitziana.*

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 295. n. 302, verisimiliter, eodem, quo habita, anno 1493 impressa.

350. — *Pomponii Melae* geographiae libri tres. *Hermolai Barbari* in eundem integrae castigationes. Index *Joannis Camertis* in *Pomponio* contentorum copiosissimus. cum portali typographi ligno inciso et ejusdem monogramate. Haec in fronte. — fol. 1. b. epistola *Camertis* et tetrastichon. — fol. 2. index — fol. 12. incipit liber primus. — fol. 45. b. *Pomp. Melae* libri III. finis Ann. XX. — fol. 46. a. *Hermolai* Barbari praefatio. — fol. eodem a. castigationes — fol. 54. lin. 39. finis: *Viennae Pannoniae* per *Joan. Singrenium* expensis *Lucae Alantsee* civis Viennensis. Char. grandis *Pomp. Melae.* minusc. in castig. foll. 54. lin. 40. fol. ult. 4. ex collect. *Herbitziana.*

Haec editio quasi in omnibus concordat cum illa, quam *Denisius* in der Buchdruckergeschichte Wiens, p. 213. n. 226. describit, solummodo annus 1512. supra portale alteri editioni praemissus, uti etiam in fine insignia imperatoria apposita, huic editioni desunt.

351. — *Oratio tumultuaria* ad illuſtriſſimum et generoſiſſimum principem D. D. *Caſimirum* Marchionem Brandenburgenſem etc. magiſtri *Chriſtophori Craſſi* Helvetii in magna procerum frequentia. *Viennae Pannoniae* habita. — Inſignia *Marggraffii* cum duobus Terraſtichis. — Haec in fronte. — fol. 1. b. epiſtola *Craſſi* etc. de dato Vienna 1515. ad finem fol. 4. lin. 11. *Viennae* per *Joannem Singrenium.* Char. grand. foll. 4. lin. 40. 4.

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 318. n. 331.

352. — *Gramatices inſtitutiones* novae magiſtri *Bernardi Pergerii* viri doctiſſimi et modo vere novae, paucis pro Uberiori utiliori et neceſſaria puerorum eruditione additis, una cum tractatu de orthographia, mendis quoad fieri potuit expunctis; *Priſciani* ordine ſervato; unde ferme ſingula ut lactea ferunt ingenia ſunt recoepta. Rem praefecto non ſolum pueris, ſed etiam ſenibus non minus neceſſariam quam utilem et jucundam, adeſt praeterea, brevis, vera et legitima cum ſuo indice dictionum in ſingulas declinationes per modum exemplorum poſitarum, ut fieri ſolet, expoſitio. Haec in fronte: — dedicatio — *Leonardo* et *Lucae* germanis fratribus *Nicolaus Gerbellius Pforzenſis* S. in *Chriſto Jeſu.* — in fine dedicationis. Anno ſalutis MDXIII. ad nonas May — ad lectorem carmen ejusdem N. G. P. — finit tabula alphabetica. Z. V. Char. majusc. foll. 4. non num. lin. 32. fol. ult. 4.

Deniſii Buchdruckergeſchichte Wiens, p. 192. n. 203. ubi de hac editione in annis 1502. 1513. et 1518. facta mentio fit.

353. — *Sententia* contra *Jacobum Peregrinum* Pataviensis diocesis presbyterum, lutheranae religionis aſſertorem, lata in urbe *Viennenſi Auſtriae* tertia Septembris. Anno a Chriſto nato MDXXIII. *Widerrueff* Herr *Jakob Peregrinus* Brieſter *Paſſawer*

Biftumbs mit Urtail und recht aufgelegt, und erkant zu *Wienn* in *Oeſterreich*. Haec in fronte. fol. 1. — ad finem fol. 6. lin. 7. auf den vierten Tag des Monats Septembris. als man zalt nach Chrifti unfers Herren Geburt Taufend fünfhundert und vier und zwanzig Jar. Char. grand. foll. 6. non num. lin. 32. fent. lat. lin. 31. germ. 4.

Denifi Buchdruckergefchichte Wiens, p. 343. n. 354.

354. — *Vadiani* de undecim Milibus Virginum oratio. Haec in fronte. fol. 1. a. — eod. fol. b. *Joach. Vadianus ſervacio Scheb Methanaſtae* difcip. S. — *Viennae*, MDX. fol. 7. *Bedae* bresbyt. venerab. carmen elegans. — fol. 8. adhuc ejusdem carmen et Pfalmum 112. laudate pueri dominum. finit fol. 8. a. *Viennae Auſtriae* per *Hieronymum Vietorem Philovallenſem* impreffum. Char. rom. cum fign. foll. 8. non num. lin. 29. 4.

Denifi Buchdruckergefchichte Wiens, p. 307. n. 318.

355. — *Liber Hymnorum Prudencii.* — poft titulum carmen *Cuſpiniani* ad lectorem. Haec in fronte. fol. 1. a. — fequitur fol. eod. dicatio ad *Johan Grachum Pierium* (*Krachenberger*) *Maximiliani I.* protonotarium *Joh. Caſpiniani* editoris. — fol. 2. a. incipit *Aurelii Prudentii* ode. — ad calcem fol. 28. b. lin. 12. c. *Aurelii Cementis Prudentii* cathemerimon. finit impreffum *Viennae* per *Johannem Winterburg*. Char. femi-goth. elegans cum fpatiis late interjectis. epig. foll. 28. col. 2. lin. 23. 4.

Denifi Buchdruckergefchichte Wiens, p. 298. n. 307. ejusdem *Suppl.* annal. typogr. p. 645. — 5698.

355. — a. *Velii Urſini Caſparis* doctoris et pol. lav. in di-

vum *Maximilianum* Caesarem Epicedion. Haec in fronte fol. 1. — fol. eod. b. epistola dedicatoria ad D. *Matheum* cardinalem et archiepiscopum Salisburgensem — fol. 4. epicedion — ad calcem fol. 6. lin. 30. finis. Char. mixtus grand. et minusc. foll. 6. lin. 40. f. 1. b. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 332. n. 342.

355. — *b. Velii Ursini Silesii* (*Casparis*) epistolarum et epigramatum liber lectu dignissimus et jam primum in lucem editus — *Georgius Logus Silesius.* — sequitur distichon:

Ursinum Musae cum magnus adesset *Apollo*
Pierii vellent agminis esse ducem.

Haec omnia in fronte cum limbo ligno inciso. fol. 1. dedicatoria *Rudolphi Agricolae* ad *Ladislaum* de *Borkowicz.* fol. 4. a. incipit epigramatum liber — ad finem fol. 34. lin. 31. impressum *Viennae Austriae* per *Joannem Singrenium* expensis vero honestis viri. *Joannis Meczker.* Char. grandis et elegans. cum notis marg. minusc. lin. 30. 4.

Denisii Buchdruckergeschichte Wiens, p. 322. n. 338.

Finis Sectionis quartae.

I.

SUPPLEMENTUM

AD

SECTIONEM PRIMAM ET SECUNDAM.

I.

SUPPLEMENTUM

AD

SECTIONEM PRIMAM ET SECUNDAM.

A. CUM NOTA ANNI.

MCCCCLXXVII.

356. — *Juniani May Parthenopei* de prifcorum verborum proprietate liber. Haec in fronte. fol. 1. b. ejusdem ad *Ferdinandum* regem in librum de prifcorum proprietate verborum prologus feliciter incipit. — fol. ult. 331. a. epiftolae *Juniani May* ad *Henricum* epifcopum Acherontinum, regis confeffarium, quae finit his verbis: vale et regem fapientiffimum ut foles ad incoepta ftudia confirmabis: meque tua animi humanitate plurimum diliges. — Demum lin. 52. egregium opus *Juniani Mai Parthenopei* impreffum. *Tarvvifiae* per *Bernardum* de *Colonia* feliciter explicit. Anno MCCCCLXXVII. Char. femi-goth. minufc. cum fign. foll. non num. 331. col. 2. fol. ult. lin. 53.

Panzeri annales typogr. T. 3. p. 35. n. 20. *Maitt.* p. 298. Braun notit. de libris. T. 1. p. 190. n. 5. *Denis.* *Merkw.* p. 67. et 68.

MCCCCLXXVIII.

357. — *Opus vitae Patrum* appellatum insigne. — P. 1. 10. Praefatio brevis. — et index alphabeticus. — fol. 1. Prologus *sancti Hieronymi* Card. Presbyt. in vitas sanct. patrum. — fol. 1. b. incipit narratio de sancto *Johanne* Egiptio Heremita. — et finit cum vita beati patris *Effrem*. — fol. 128. incipit registrum libri secundi de vita sanctorum patrum, — sive adhortationes sanctorum patrum. — ad finem: fol. 238. b. Anno Christi nativitatis millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. Nonas vero May ob beatorum patrum praefectum, vitam heremeticam degentium. gesta quorum (haud immerito) memoriter sunt commendanda. Opus (vitas patrum appellatum) insigne, a quam plurimis excerptum codicibus per sacrarum scripturarum viros admodum peritissimos in oppido *Nurnberg* per *Antonium Koburger* oppidi prefati incolam quam compte impressum. finit feliciter. Char. goth. majusc. sine sign. et cust. col. 2. cum epigr. et foll. 238. num. lin. 51. fol. reg. Ex *collect. Herbitziana*.

